sagoꝝ longitudine: vtꝝqꝫ latus
tab̄naculi ꝓtegēs. Faties ⁊ operi
mentū aliud: tecto de pellib⁹ arie
tū rubricatis ⁊ sup h° rursū aliud
opimētū de iacīctinis pellib⁹. Fa
ties ⁊ tabulas stantes tab̄naculi
de lignis sethim q̄ singule denos
cubitos ī lōgitudine habeant et
ī latitudine singulos ac semissez.
In lateribꝰ tabule due īcastratu
re fiēt quib⁹ tabula alteri tabule
ɔnectat̄. Atqꝫ ī hūc modū cuncte
tabule pabūt̄. Quaꝝ vigīti erūt
ī latere meridiano qd vergit ad
austꝝ q̄b⁹ q̄draginta bases ārgē
teas fūdes: ut bine bases singul̄
tabul̄ p duos āgulos subitiant̄.
In latereq̄ secundo tab̄naculi qd
vergit ad aquilonē vigīti tabule
erūt q̄dragīta hn̄tes bases argē
teas. Bine bases singul̄ tabulis
supponēt̄. Ad occidētalē vero pla
gā tab̄naculi faties sex tabulas ⁊
rursū alias duas q̄ ī angul̄ erigā
tur post tergū tab̄naculi. Erūtqꝫ si
bi ɔiūcte a deorsū vsqꝫ ad sursū et
vna oēs ɔpago retinebit. Duabꝫ
q̄ꝫ tabul̄ q̄ in angul̄ ponēde sunt:
simil̄ iūctura seruabit̄. Et erūt sil̄
tabule octo. bases eaꝝ argētee se
decī duab⁹ basib⁹ p vnā tabulā
supputatis. Faties et vectes de lig
nis sethim qn̄qꝫ ad ɔtinēdas ta
bulas ī vno latere tabernaculi et
qn̄qꝫ alios ī altero ⁊ eiusdē nume
ri ad occidētalē plagā q̄ mittētur
per medias tabulas a sūmo vsqꝫ
ad sūmū. Ip̄asqꝫ tabulas deaura
bis ⁊ fūdes ī eis anulos aureos p
q̄s vectes tabulata contineāt q̄s
operies laminis aureis. Et eriges
tab̄naculū iux̄ exēplar qd tibi in
mōte mōstratū ē. Faties ⁊ velū de
iacīcto ⁊ purpura. coccoqꝫ bistin
cto ⁊ bisso retorta ope plumario
⁊ pulchr̄ varietate ɔtextū qd ap
pēdens añ q̄tuor colūnas de lignis
sethī q̄ ip̄e quidez deaurate erūt ⁊
habebūt capita aurea ⁊ bases ar
genteas. Inseret̄ aūt velū p circu
los ītra qd pones archā testimo
nij ⁊ q̄ sanctuariū ⁊ sāctuarij san
ctuaria diuidēt̄. Pones ⁊ ꝓpitiato
riū sup archā testimonij ī sancta
sāctoꝝ. mensāqꝫ extra velū ⁊ ɔtr̄
mensaꝫ cādelabꝝ ī latere taberna
culi meridiano. Mēsa em̄ stabit
in pte aquilonis. Faties et tento
riū ī ītroitu tabernaculi de iacīcto
⁊ purpura. coccoqꝫ bistīcto ⁊ bis
so retorta ōpere plumario ⁊ qn̄qꝫ
columnas deaurabis lignoruꝫ se
thim ante quas ducetur tentori
um quarum erunt capita aurea ⁊
bases enee.

Faties ⁊ altare de Ca. xxvij.
lignis sethim qd hēbit qn̄
q̄ cubitos ī lōgitudīe ⁊ totidē in
latitudine id est q̄drū ⁊ tres cubi
tos ī altitudīe. Cornua aūt p q̄tu
or angulos ex ipso erūt ⁊ operies
illud ere. Faciesq̄ in vsus ei⁹ lebe
tes ad suscipiēdos cineres ⁊ forci
pes atq̄ fuscinulas ⁊ igniū recep
tacula. Oīa vasa ex ere fabricab.
Craticulāq̄ in modū retis eneā p
cuius q̄tuor angulos erunt q̄tuor
anuli enei q̄s pones subter arulā
altaris. Eritq̄ craticula vsq̄ ad al
taris mediū. Facies ⁊ vectes alta
ris de lignis sethim duos q̄s ope
ries laminis eneis ⁊ induces per
circulos erūtq̄ ex vtroq̄ latere al
taris ad portandū. Nō solidū sed
inane ⁊ cauū intrīsec⁹ facies illd
sicut tibi ī mōte mōstratū est. Fa
cies ⁊ atriū tab̄naculi ī cuius au
strali plaga ɔtra meridiē erūt tē
toria de bisso retorta. Centū cubi
tos vnū lat⁹ tenebit in lōgitudi
ne ⁊ colūnas vigīti cū basib⁹ toti
dez eneis q̄ capita cū celaturis su
is habebūt argētea. Siliter ⁊ ī la
tere aq̄lonis p longuz erūt tētoria
centū cubitoꝝ colūne vigīti ⁊ ba
ses enei eiusdez numeri et capita
eaꝝ cū celaturis suis argētea. In
latitudīe vero atrij qd respicit ad
occidentē erūt tētoria p quinq̄gīta
cubitos et colūne decē basesq̄ to
tidē. In eaq̄ atrij latitudine q̄ res
picit ad orientez quīq̄ginta cubi
ti erūt in q̄b⁹ quindecī cubitoꝝ tē
toria lateri vno deputabunt colū
neq̄ tres ⁊ bases totidē ⁊ ī latere
altero erūt tentoria cubitos obti
nētia quīdecī colūne tres ⁊ bases
totidē. In introitu vero atrij fiet tē
toriū cubitoꝝ vigīti ex iacincto ⁊
purpura coccoq̄ bistīcto ⁊ bisso
retorta ope plumario. Colūnas
habebit q̄tuor cū basib⁹ totidem.
Oēs colūne atrij p circuitū vestite
erūt argēteis laminis capitibus
argēteis ⁊ basib⁹ eneis. In lōgi
tudine occupabit atriū cubitos
centū in latitudīe quinq̄gīta Alti
tudo quīq̄ cubitorū erit fietq̄ de
bisso retorta ⁊ habebit bases ene
as. Cūcta vasa tab̄naculi in oms
vsus ⁊ cerimōias tā paxillos ei⁹
q̄ atrij ex ere faties Precipe filijs
isrl̄ ut auferāt tibi oleū de arboib⁹
oliuaꝝ purissimū piloq̄ ɔtusū ut
ardeat lucerna sēp ī tab̄naculo te
stimonij extra velū qd oppāsum ē
testimonio ⁊ collocabūt eā aarō
⁊ filij eius ut vsq̄ mane luceat co
raz dn̄o. Perpetu⁹ erit cult⁹ p suc
cessiōes eorū coram filijs israhel.

Applicaq̄ ad te Ca. xxviij.
aaron fratrez tuū cum filijs
suis de medio filioꝝ isrl̄ ut sacdo
tio fūgant̄ mihi aaron nadab et
abiu eleazar ⁊ ythamar faciesq̄
vestē sanctā aarō fratri tuo ī glo
riam et decorē. Et loq̄ris cūctis sa
piētibus corde q̄s repleui spiritu
prudēcie ut faciāt vestes aarō frī
tuo in gloriā et decorē quib⁹ sācti
ficatus ministret mihi. Hec autez
erūt vestimēta q̄ faciēt. Rationa
le ⁊ suphumerale tunicā ⁊ lineaz
strictā cidarim et baltheū. Faciēt
fratri tuo aaron ⁊ filijs eius vesti
menta sācta ut sacerdotio fūgan
tur mihi Accipiētq̄ aurū ⁊ iacin
ctū et purpurā coccūq̄ bistinctū
⁊ bissuz Faciēt aūt sup humeāle

de auro ⁊ iacincto ⁊ purpura coc
coq; bistincto ⁊ bisso retorta: ope
polimito. Duas oras iūctas habe
bit in vtroq; latere sūmitatū ut in
vnū redeāt. Ip̄aq̄ textura ⁊ cūcta
opis varietas erit ex auro et iacī
cto ⁊ purpura. coccoq; bistincto
⁊ bisso retorta. Sumesq; duos la
pides onichinos ⁊ sculpes in eis
noīa filioꝝ isrl̄. sex noīa ī lapide
vno ⁊ sex reliq̄ ī altero iuxta ordi
nē natiuitatis eoꝝ Ope sculptoīs
⁊ celatura gemmarij: sculpes eos
nomīb⁹ filioꝝ isrl̄ inclusos auro
atq; circūdatos ⁊ pones ī vtroq;
latere suphumeral̄ memoriale fi
lijs isrl̄. Portabitq; aarō nomīa
eoꝝ corā dn̄o sup vtrꝝq; humeꝝ
ob r̄cordacōez. Faties ⁊ vncinos
ex auro ⁊ duas cathenulas auri
purissimi sibi inuicē coherētes q̄s
inseres vncinis. Racōnaleq̄ iudi
cij faties ope polimito iuxta textu
rā suphumeral̄ ex auro iacincto
⁊ purpura. coccoq; bistīcto ⁊ bis
so retorta. Quadrāgulū erit ⁊ du
plex. Mensurā palmi habebit tā
in lōgitudine q̄ in latitudine. po
nesq; in eo q̄tuor ordines lapidū
In p̄mo versu erit lapis sardius
⁊ thopasi⁹ ⁊ smaragd⁹. In secun
do carbūcul⁹ ⁊ saphirus ⁊ iaspis
In tertio liguri⁹ achates ⁊ ameti
st⁹. In q̄rto crisolitus onichin⁹
et berillus. Inclusi auro erūt p or
dines suos. habebūtq; noīa filio
rū isrl̄. Duodecī noīb⁹ celabūtur
singuli lapides noīb; singuloꝝ p
duodecī trib⁹ Faties ī racōnali ca
tenas sibi inuicē coherētes ex au
ro purissimo et duos anulos au
reos q̄s pones in vtraq; racōnal̄

sūmitate. catenasq; aureas iūges
anulis q̄ sunt in marginib⁹ ei⁹ ⁊
ip̄aꝝ catenaꝝ extrema duob⁹ co
pulal̄ vncinis in vtroq; latere su
phumeālis qd racōnale respicit.
Faties ⁊ duos anulos aureos q̄s
pones ī sūmitatib⁹ racōnalis ⁊ in
oris q̄ e regione sūt suphumeral̄
⁊ posteriora ei⁹ aspitiūt: necnō et
alios duos anulos aureos q̄ po
nēdi sūt in vtroq; latere sb̄hume
ralis deorsū qd respicit ɔtra fatiez
iūcture inferioris: ut aptari possit
cū suphumeāli ⁊ stringat̄ racōna
le anul̄ suis cū anulis suphume
ralis. vitta iacinctina: ut maneat
iūctura fabrefacta ⁊ a se inuicē ra
tionale ⁊ superhumerale neq̄ant
separi. Portabitq; aarō noīa fili
orū isrl̄ in racōnali iudicij sup pe
ctus suū qn̄ ingrediet̄ sanctuariū
mēoriale corā dn̄o ī et̄nū. Pones
aūt ī racōnali iudicij: doctrinā et
veritatē q̄ erūt ī pectore aarō qn̄ ī
grediet̄ corā dn̄o ⁊ gestabit iudi
tiū filioꝝ isrl̄ in pectore suo in ɔspe
ctu dn̄i sēp. Faties ⁊ tunicā super
humeral̄ totā iacinctinaz in cui⁹
medio sup̄ eit capitiū ⁊ ora p gy
rū ei⁹ textilis sicut fieri solet in ex
tremis vestiū ptib⁹: ne facile rum
pat̄. Deorsū vero ad pedes eiusdē
tunice p circuitū q̄si malapunica
faties ex iacincto ⁊ purpura ⁊ coc
co bistincto ⁊ bisso retorta mixtis
in medio tintīnabulis: ita ut tintī
nabulū sit aureū ⁊ malūpunicū.
rursumq; tintinnabulum aliud
aureum et malumpunicum. Et ve
stiet̄ ea aaron in officō ministerij
ut audiatur sonitus quando in
greditur ⁊ egreditur sāctuarium

in ꝯspectu dñi ⁊ nõ moriat̃ Faties
⁊ laminaꝫ de auro purissimo in q̃
sculpes ope celatoris sãctũ domi
no. Ligabisq̃ eã vitta iacĩctina ⁊
erit sup thyaram imminẽs frõti
pontificis. Portabitq̃ aaron iniq̃
tates eoꝝ q̃ obtulerũt ⁊ sãctifica
uerẽt filij isrl̃ ĩ cũctis muneribꝰ et
donarijs suis. Erit aũt lamina sẽ
per in frõte eiꝰ ut placatꝰ sit ei do
minꝰ. Stringesq̃ tunicaꝫ bisso et
thyarã byssynã facies ⁊ baltheũ
opere plumarij Porro filijs aarõ
tunicas lineas parabis et balthe
os ac thyaras in gloriã ⁊ decorẽ
vestiesq̃ hijs omĩbꝰ aarõ fratrẽ
tuũ et filios eius cũ eo et cũctorũ
cõsecrab̃ manꝰ sãctificabisq̃ illos
ut sacdotio fũgant̃ mihi. Facies
⁊ feminalia linea ut operiant car
nẽ turpitudinis sue a renibꝰ vsq̃
ad femora ⁊ vtent̃ eis aaron et fi
lij eius qñ ingredient̃ tabernacu
lum testĩonij vl̃ qñ appropĩquãt
ad altare ut ministrent in sãctua
rio ne iniq̃tatis rei moriant̃. Legit
timũ sempiternũ erit aaron et se
mini eius post eũ. Ca. xxix.

Sed ⁊ hoc facies ut mihi in sa
cerdotio ꝯsecrẽt̃. Tolle vitu
lum de armẽto ⁊ arietes duos im
maculatos panesq̃ azimos ⁊ cru
stulaꝫ absq̃ fermẽto q̃ cõspsa sint
oleo laganaq̃ azima oleo lita De
simila triticea cũcta faties ⁊ poĩto
in canistro offeres. vitulũ autẽ et
duos arietes ⁊ aaron ac filios eiꝰ
applicab̃ ad ostiuꝫ tabernaculi te
stimonij. Cũq̃ laueris prẽm cũ fi
lijs suis aqua indues aaron vesti
mentis suis id est linea ⁊ tunica ⁊
suphumerali ⁊ racõnali qd̃ ꝯstrĩ
ges baltheo et pones thyaraꝫ in
capite eius ⁊ laminã sanctã super
thyarã ⁊ oleũ vnctionis fũdes su
per caput eiꝰ atq̃ hoc ritu ꝯsecra
bit̃. Filiosq̃ illius applicab̃ ⁊ in
dues tunicis lineis cingesq̃ bal
theo aaron scilicꝫ ⁊ liberos eius ⁊
impones eis mitras ert̃q̃ sacerdo
tes m̃ religiõe ꝑpetua. Postq̃ ini
ciaueris manꝰ eoꝝ applicab̃ ⁊ vi
tulũ corã tabernaculo testimonij
Imponẽtq̃ aaron ⁊ filij eius ma
nus sup caput illiꝰ ⁊ mactabis eũ
in ꝯspectu dñi iuxta ostiũ taberna
culi testionij sũptũq̃ de sãguine
vituli pones sup cornua altaris di
gito tuo reliquũ aũt sãguinẽ fun
des iuxta basim eiꝰ. Sumes ⁊ adi
pem totũ qui operit intestina ⁊ re
ticulũ iecoris ac duos renes ⁊ adi
pem q̃ sup eos est ⁊ offeres incen
sum sup altare. carnes vero vituli
⁊ coriũ ⁊ fimũ ꝯbures foris extra
castra eo q̃ ꝓ peccato sit. Vnũq̃
arietꝫ sumes sup cuius caput po
nent aarõ ⁊ filij eius manus quẽ
cũ mactaueris tolles de sãguine
eius ⁊ fũdes circa altare. ipsũ aũt
arietꝫ secabis in frusta lotaq̃ in
testina eius ⁊ pedes pones sup cõ
cisas carnes ⁊ sup caput illius ⁊
offeres totũ arietꝫ in incensũ sup
altare. Oblatio ẽ dño odor suauis
simus victime domini. Tollesq̃
arietẽ alterũ sup cuiꝰ caput aarõ
⁊ filij eius ponẽt manus. Quez cũ
ymolaueris sumes de sãguĩe eiꝰ
⁊ pones sup extremũ auricule dex
tre aaron ⁊ filioꝝ eius ⁊ sup polli
ces manꝰ eoꝝ ac pedis dexteri fun
desq̃ sãguinez sup altare ꝑ circui
tũ. Cũq̃ tuleris de sãguine qui ẽ

sup altare ⁊ de oleo vnctionis. as
pgēs aarō ⁊ vestes ei⁹: filios ⁊ ve
stimēta eoꝝ. Consecratisq; ipīs ⁊
vestib⁹ tolles adipē de aiete ⁊ cau
dā et aruinaꝫ q̄ operit vitalia ac
reticulū iecoīs ⁊ duos renes atq;
adipeꝫ qui sup eos ē. armūq̄ dex
trꝫ eo q̄ sit aries ɔsecracōis. tortā
q; panis vni⁹. crustulaꝫ cōspsam
oleo. laganū de canistro azimoꝝ
qd̄ positū ē ī cōspectu dñi. ponesq;
oīa sup man⁹ aarō ⁊ filioꝝ eius
⁊ sāctificab̄ eos: eleuās corā dño
Suscipiesq; vniūsa de maīb⁹ eoꝝ
⁊ īcendes sup altaē in holocaustū
odorē suauissimū ī ɔspectu dñi. q̄
oblacō ei⁹ ē. Sumesq̄ pectusculū
de ariete quo initiat⁹ ē aarō. san
ctificabisq; illud eleuatū corā do
mino ⁊ cedet in ptē suā. Sāctifica
bisq; ⁊ pectusculū cōsecratuꝫ ⁊ ar
mū queꝫ de ariete sepasti quo ini
tiatus ē aaron ⁊ filij ei⁹. cedētq; in
ptē aarō et filioꝝ ei⁹ iure ppetuo
a filijs isrl̄. q̄ p̄mitiua sūt ⁊ initia
de victimis eoruꝫ pacificis q̄ offe
rūt dño. Vestē aūt sanctam qua
vtet̄ aaron: habebūt filij ei⁹ post
eū: ut vngant̄ in ea et consecrent̄
man⁹ eoꝝ. Septē dieb⁹ vtet̄ illa
qui pontifex p eo fuerit ɔstitutus
de filijs ei⁹ ⁊ qui ingrediet̄ tab̄na
culū testimonij ut minister in sā
ctuario. Arietē aūt ɔsecracōis tol
les ⁊ coques carnes ei⁹ in loco sā
cto quib⁹ vescet̄ aaron ⁊ filij eius
Panesq̄ qui sūt in canistro in ve
stibulo tabernaculi testimonij co
medēt ut sit placabile sacrifitiū ⁊
sanctificent̄ offerentiū man⁹. Ali
enigena non vescet̄ ex eis. q̄ san
cti sūt. Qd̄ si remāserit de carnib⁹
ɔsecratis siue de panib⁹ vsq; ma
ne: ɔbures r̄liquias igni. Non co
medent̄ q̄a sanctificata sūt. Oīa q̄
p̄cipio tibi faties sup aarō ⁊ filijs
ei⁹. Septē dieb⁹ ɔsecrabis man⁹
eoꝝ et vitulū p peccato offeres p
singulos dies ad expiandū. Mū
dabisq; altare cū ymolaueris ex
piacōis hostia ⁊ vngues illud in
sāctificacōem. Septē diebꝫ expia
bis altare ⁊ sanctificab̄ ⁊ erit san
ctū sanctorū. Oīs q̄ tetigerit illud
sanctificabit̄. Hoc ē qd̄ faties ī al
tari. Agnos āniculos duos p sin
gulos dies iugit̄ vnuꝫ agnū ma
ne ⁊ alteꝝ vespe: decimā ptē simi
le cōspse oleo tuso qd̄ habeat mē
surā quartā ptē hin ⁊ vinū ad li
bandū eiusdem mēsure in agno
vno. Alteꝝ vero agnū offeres ad
vespaꝫ iux̄ ritū matutine oblatio
nis ⁊ iux̄ ea q̄ diximꝰ in odorē sua
uitatis. Sacrifitiū dño deo ē obla
tione ppetua ī gn̄acōes vr̄as ad
ostiū tab̄naculi testimonij coraꝫ
dño vbi ɔstituā ut loquar ad te.
Ibiq; p̄cipiā filijs isrl̄ ⁊ sāctifica
bit̄ altare in gloria mea Sāctifica
bo ⁊ tab̄naculū testimonij cū alta
ri ⁊ aarō cū filijs suis ut sacerdo
tio fungāt̄ m̄. Et hītabo in medio
filioꝝ isrl̄. eroq; eis de⁹ ⁊ sciēt q̄a
ego dominus deus eoruꝫ qui edu
xi eos de terra egipti ut manereꝫ
inter illos ego dominus deus ip
sorum.

Capitulū. xxx.

Faties q̄ altare ad adolendū
tymiama de lignis sethim:
hn̄s cubitū lōgitudīs ⁊ alteꝝ la
titudīs idē q̄drāgulū et duos cu
bitos ī altitudīe Cornua ex ipō p
cedēt vestisq; illud auro purissimo

tam craticulaꝫ eius q̄ parietes ꝑ
circuitū ⁊ cornua Fatiesq̄ ei coro
nam aureolā ꝑ girū et duos anu
los aureos sub corona ꝑ singula
latēa ut mittant̄ in eos vectes et
altare portet̄. Ipsosq̄ vectes faci
es de lignis sethim ⁊ inaurabis.
Ponesq̄ altare ꝯtra velū qd̄ ante
archā pendet testīonij corā ꝓpici
atorio quo tegit̄ testimoniū vbi
loq̄r tibi ⁊ adolebit incensū super
eo aarō suaue fragrās Mane qñ
cōponet lucernas incēdet illud ⁊
qñ collocat eas ad vesperuꝫ vret
thymiama sēpit̄nū coraꝫ dño in
generacōes vr̄as. Nō offeretis su
per eo thymiama cōposicōis alte
rius nec oblacōeꝫ ⁊ victimaꝫ nec
liba libabitis Et depcabit̄ aaron
sup cornua eius semel ꝑ annū in
sāguine qd̄ oblatū est ꝓ peccato
et placabit sup eo ī generacōibꝰ
vr̄is. Sanctūsāctoꝝ erit dño. Lo
cutusq̄ est dñs ad moysen dicēs
Quādo tuleris sūmam filioꝝ isrl̄
iuxta numerū dabūt singuli p̄ci
um ꝓ animabꝰ suis dño ⁊ nō eit
plaga ī eis cū fuerīt recēsiti. Hoc
aūt dabit om̄is q̄ trāsit ad nomē
dimidiū sicli iuxta mēsuram tēpli
Siclus viginti obolos habet. Me
dia ꝑs sicli offeret̄ dño. Qui habe
tur in numero avigīti annis ⁊ su
pra dabit p̄tiū. Diues non addet
ad mediuꝫ sicli et paup nihil mi
nuet. Susceptāq̄ pecuniam q̄ col
lata est filijs isrl̄ trades in vsus ta
bernaculi testīonij ut sit monimē
tum eoꝝ corā dño ⁊ ꝓpitiet̄ aīabꝰ
eoꝝ Locutusq̄ est dñs ad moysē
dicēs. Faties et labiū eneū cū ba
si sua ad lauādū ponesq̄ illud in
ter tab̄naculū testimonij ⁊ altare
Et missa aq̄ lauabūt in ea aaron
⁊ filij eius manꝰ suas ac pedes qñ
ingressuri sūt tab̄naculū testimo
nij ⁊ qñ accessuri sūt ad altare ut
offerāt in eo thymiama dño ne
forte moriant̄. Legittimū sempit̄
nū erit ip̄i ⁊ semini eiꝰ ꝑ successio
nes. Locutusq̄ est dñs ad moysē
dicens. Sume tibi aromata p̄me
mirre ⁊ electe quingētos siclos ⁊
cynamomi mediū id est ducētos
qn̄q̄ginta siclos. calami sil̄it̄ ducē
tos qn̄q̄ginta siclos cassie aūt qn̄
gentos siclos in pōdere sāctuarij
oleū de oliuetis mēsurā hin. Faci
esq̄ vnctiōis oleū sanctū vngētū
cōpositū op̄e vnguētarij ⁊ vnges
ex eo tab̄naculū testimonij et ar
chā testamēti mensāq̄ cū vasis
suis cādelabꝝ ⁊ vtēsilia eius alta
ria thymiamatis ⁊ holocausti ⁊
vniūsam suppellectilē que ad cul
tum eoꝝ ꝑtinet sāctificabisq̄ om
nia ⁊ erūt sanctasāctoꝝ. Qui teti
gerit ea sāctificabit̄. Aarō ⁊ filios
eius vnges sāctificabisq̄ eos ut
sacerdotio fugant̄ mihi. Filijsq̄
isrl̄ dices. Hoc oleū vnctionis sā
ctū erit mihi in generacōes vr̄as
Caro hōis nō vnget̄ ex eo ⁊ iuxta
cōposicōeꝫ eius nō fatietis aliud
q̄ sāctificatū est ⁊ scm̄ erit vobis
Homo quicūq̄ tale cōposuerit ⁊
dederit ex eo alieno exterminabit̄
de ꝓpl̄o suo Dixitq̄ dñs ad moysē
Sume tibi aromata stacten ⁊ oni
cham galbanē boni odoris ⁊ thꝰ
lucidissimuꝫ equalis pōderis erūt
om̄ia. Fatiesq̄ thymiama ꝯposi
tū op̄e vnguētarij mixtū diligent̄
⁊ purū ⁊ sāctificacōe dignissimū

Cūq; in tenuissimū puluerez vni
uersa cōtuderis pones ex eo corā
tab̄naculo testimonij ī q̄ loco ap
parebo tibi. Sāctū sanctoꝝ erit vo
bis thymiama. Talē ꝯposicōem
nō fatietis in vsus vr̄os. qꝛ sāctū
ē dn̄o. Hō quicunq; fecerit simile
ut odore illius perfruatur: peibit
de populis suis. ¶ Ca. xxxi.

Locutusq; ē dn̄s ad moysen
dicēs. Ecce vocaui ex nōie be
seleel filiuz huri filij hur de tribu
iuda ⁊ impleui eū spū dei: sapien
tia ⁊ intelligētia ⁊ scientia in omī
ope: ad excogitanduz quicq̄d fa
bre fieri pōt ex auro ⁊ argento et
ere. marmore ⁊ gēmis ⁊ diuersita
te lignoꝝ. Dediq; ei sotiū ooliab
filiū achisamech de tribu dā Et ī
corde oīs eruditi posui sapiētiā ut
fatiāt cūcta q̄ p̄cepi tibi tab̄nacu
lū federis ⁊ archā testimonij ⁊ ꝓ
pitiatoriū qd̄ sup eā ē et cūcta va
sa tab̄naculi. mēsāq; ⁊ vasa eius
candelabꝝ purissimū cū vasis su
is ⁊ altaria thymiamatis ⁊ holo
causti ⁊ oīa vasa eoꝝ. labiū cum
basi sua vestes scās in ministerio
aarō sacerdoti ⁊ filijs ei⁹ ut fūgā
tur offitio suo ī sacris oleū vnctio
nis ⁊ thymiama aromatū in san
ctuario. Oīa q̄ p̄cepi tibi fatiēt. Et
locutus ē dn̄s ad moysē dicens.
Loq̄re filijs isrl̄ et dices ad eos.
Videte ut sabbatū meū custodia
tis. qꝛ signū ē int̄ me ⁊ vos ī gene
racōnibus vr̄is: ut sciatis qꝛ ego
dn̄s qui sāctifico vos. Custodite
sabbatū meū. Sāctū em̄ ē vobis.
Qui polluerit illud: morte morietꝫ.
Qui fecerit op⁹ in eo: pibit am̄a il
li⁹ de medio ꝓpl̄i sui. Sex dieb⁹ fa
tietis op⁹. in die septīo sabbatū
ē: req̄es sancta dn̄o. Oīs q̄ fecerit
op⁹ ī hac die: morietꝫ. Custodiāt
filij isrl̄ sabbatū ⁊ celebrēt illud
ī gn̄acōnib⁹ suis. Pactū ē sempi
ternū int̄ me ⁊ filios isrl̄. signūq;
ꝑpetuū. Sex em̄ diebus dn̄s fecit
celū ⁊ terrā ⁊ in septīo ab oī ope
cessauit. Deditq; dn̄s moysi ꝯple
tis huiuscemodi sermonibz ī mō
te synai duas tabulas testimonij
lapideas: scriptas digito dei.

Videns autē ꝓplus ¶ Ca. xxxij.
q̄ morā facēt moyses descē
dendi de mōte: ꝯgregatus adūsus
aarō dixit. Surge fac nob̄ deos q̄
nos p̄cedāt. Moysi em̄ viro huic
q̄ nos eduxit de terra egipti: igno
ram⁹ q̄d acciderit. Dixitq; ad eos
aarō. Tollite inaures aureas de
vxoꝝ filioꝝq; et filiaꝝ vrāꝝ auri
b⁹ ⁊ afferte ad me. Fecit ꝓplus q̄
iusserat: deferēs īaures ad aarō
Quas cuz ille accepisset formauit
ope fusoio ⁊ fecit ex eis vitulū cō
flatilē. Dixerūtq;. Hij sūt dij tui isrl̄
q̄ te eduxerīt de t̄ra egipti. qd̄ cū vi
dissz aarō edificauit altaē corā eo
⁊ p̄cōis voce clamauit dicēs. Cr̄s
sollēnitas dn̄i ē. Surgētesq; māe
obtulerīt holocausta ⁊ hostias pa
cificas ⁊ sedit ꝓplus māducare ⁊
bibē ⁊ surrexerīt ludē. Locut⁹ ē āt
dn̄s ad moysē dicens. Vade descē
de: peccauit ꝓplus tu⁹ quē eduxisti
de t̄ra egipti. Recesserīt cito de via
quā oñdisti eis. Fecerūtq; sibi vi
tulū conflatilē ⁊ adorauerūt atq;
ymolātes ei hostias dixerūt. Isti
sunt dij tui isrl̄ q̄ te eduxerīt de t̄ra
egipti. Rursūq; ait dn̄s ad moysē
Cerno q̄ ꝓpl̄s iste duē ceruicis sit

dimitte me ut irascat furor meus
cōtra eos & deleā eos faciāq; te in
gentē magnam. Moyses aūt ora
bat dñm deū suum dicēs. Cur do
mine irascit furor tuus cōtra pplm
tuū quē eduxisti de terra egipti in
fortitudīe magna & in manu robu
sta. Ne qso dicāt egipcij. callide
eduxit eos ut interficēt in mōtib⁹
et deleret e terra. Quiescat ira tua &
esto placabil sup nequitia populi
tui. Recordare abrahā & ysaac &
isrl seruoz tuoz quibz iurasti p
temetipm dicēs. Multiplicabo se
men vrm sicut stellas celi & vniuſ
sā terrā hāc de qua locutus sū da
bo semini vro et possidebitis eam
semp. Placatusq; est dñs ne face
ret malū qđ locut⁹ fuerat aduer
sus populū suū. Et reuersus ē moy
ses de mōte portās duas tabulas
testimonij in manu sua scriptas
vtraq; pte & factas opere domini
Scriptura; dei erat sculpta in tabu
lis. Audiēs aūt iosue tumultū po
puli vociferātis dixit ad moysen
Vlulat⁹ pugne audit in castris.
Qui rndit. Non ē clamor adhortā
tiū ad pugnā neq; vociferatio cō
pellētium ad fugā sz vocē cantātiū
ego audio. Cūq; appropinqsset ad
castra vidit vitulū & choros irat⁹
q; valde piecit de manu tabulas
& cōfregit eas ad radicem mōtis
Arripiēsq; vitulū quē fecerant cō
bussit & contriuit vsq; ad puluerez
quē sparsit in aquā & dedit ex eo
potū filijs isrl. Dixitq; moyses ad
aaron. Quid tibi fecit hic popul⁹
ut induceres sup eū peccatū maxi
mū. Cui ille rndit. Ne indignetur
dñs meus. Tu em nosti pplm istū
q; pnus sit ad malū. Dixerūt mihi
Fac nobis deos q; nos pcedant.
Huic em moysi q; nos eduxit de t̄
ra egipti nescimus quid acciderit
Quib⁹ ego dixi. Quis vrm habet
aurū. Tulerunt & dederūt mihi &
piecī illud in ignē egressusq; ē hic
vitulus. Videns q; moyses pplm
q; esset nudat⁹ spoliauerat em eū
aaron pter ignominiā sordis et
inimīcor hostes nudū constituerat & stās
in porta castroz ait. Siqs est dñi
iungat mihi. Cōgregatiq; fūt ad
eum oms filij leui. Quib⁹ ait. Hec
dicit dñs deus isrl. Ponat vir gla
diū sup femur suū. Ite et reddite
de porta vsq; ad portā p medīū ca
stroz & occidite vnusquisq; frēm
suū & amicū & pximū suū. Fecerūt
q; filij leui iuxta sermonez moysi
ceciderūtq; in die illo qsi triginta tria
milia hoīm. Et ait moyses Conse
crastis manꝰ vestras hodie dño
vnusquisq; in filio et in fratre suo
ut det vobis bndictio. Facto aūt
altēo die locutus est moyses ad
pplm. Peccastis peccatū maximū
Ascēdaz ad dñm si quo modo eū
quiuero deprecari p scelere vro. Re
uersus q; ad dñm ait. Obsecro dñe
peccauit pplus iste pccm maximū
fecerūtq; sibi deos aureos. Aut di
mitte eis hanc noxā aut si nō vis
dele me de libro tuo quē scripsisti
Cui rndit dñs. Qui peccauerit mihi
delebo eū de libro meo. Tu aūt va
de & duc pplm istū quo locutus sū
tibi. Angelus aute meus precedet
te. Ego aūt in die vlcōis visitabo
& hoc peccatum eorum. Percussit
aute dominꝰ populū p reatu vitu
li quē fecerat aaron. Ca. xxxiij.

Locutusq; ē dñs ad moysen dicēs. Vade a descēde de loco isto: tu a pl's tuꝰ quē eduxisti de tra egipti ī terrā quā iurauī abra haz. ysaac a iacob dicens semini tuo dabo eam a mittā ꝑcursorem tui angelū: ut eiciaz chananeū et amorreū a etheū a pherezeū a eueum a iebuseū a ītres ī terrā fluentē lacte a melle. Nō ei ascendā tecuz. qz pl'us dure ceruicis es ne forte dispdā te in via. Audiensq; pl'us sermonē hūc pessimū luxit a nullꝰ ex more indutus est cultu suo. Dixitq; dñs ad moysē. Loq̄re filijs isrl'. Populus dure ceruicis es semel ascendā in medio tui a delebo te. Jā nūc depone ornatuz tuū: ut sciā q̄d fatiā tibi. Depositūt ḡ filij israel ornatū suū a mōte oreb. Moyses q; tollens tabnaculuz: tetendit extra castra. procul. vocauitq; nomē eiꝰ tabernaculū federis Et oīs pl'us qui habebat aliquā questionē egrediebat ad tabernaculuz federis extra castra. Cūq; egrederet moyses ad tabernaculū surgebat vniūsa plebs a stabat vnusquisq; ī ostio papiliōis sui. aspitiebāt q; tergū moysi donec īgrederet tentoriū Ingresso aūt illo tabnaculū federis: descēdebat columna nub a stabat ad ostiū. loquebat q; dñs cū moyse cernētibꝰ vniūsis q columna nub staret ad ostiū tabnaculi. Stabāt q; ipi a adorabāt p fores tabernaculoz suoz. Loq̄batur aūt dñs ad moysē facie ad faciē sicut solet loq̄ hō ad amicū suū. Cūq; ille reūteret ī castrā: minister eiꝰ iosue filiꝰ nun puer non recedebat de tabernaculo. Dixit aūt moyses ad dominū. Precipis ut educam pl'm istū a nō indicas mihi quē missurus sis mecū. pserti cū dixeris noui te ex noīa inuenisti grām coram me Si ḡ inuenī grām in cōspectu tuo oñde mihi faciē tuaz ut sciam te a inuenīa gratiaz añ oculos tuos. Respice pl'm tuū gentē hanc. Dixitq; dñs. Faties mea p̄cedet te et requiez dabo tibi. Et ait moyses. Si non tuipse p̄cedas ne educas nos de loco isto. Jn quo enī sciri poterimꝰ ego a pl'us tuꝰ inuenisse nos grām in ospectu tuo. nī ambulaueris nobiscū: ut glorificemur ab oībz pl'is q̄ habitant sup terrā. Dixit aūt dñs ad moysen. Et verbū istud qđ locutꝰ es faciam Inuenisti enī grām coram me et te ipm noui ex noīe. Qui ait. Oñde mihi gl'iā tuā. Rñdit ego oñdaz oē bonū tibi a vocabor in noīe dñi coram te a miserebor cui voluero a demēs eo in quez mihi placuerit. Rursūq; ait. Nō poteris videre faciē meaz. Nō enī videbit me homo a viuet Et itez. Ecce inq̄t est locus apud me a stabis supra petrā Cūq; trānsibit gloria mea ponā te ī foramine petre a protegaz dextera mea donec trānseam. Tollamq; manum meam a videbis posteriora mea. faciem autem meam videre non poteris.

Capitulū. xxxiij.

Ac dixitq; ps ad eū. Dolia tibi duas tabulas lapideas in star priozū a scribam sup eas verba que habuerunt tabule quas fregisti. Esto paratus mane ut ascendas statim in montem synai. stabisq; mecum super vertice montis

Nullus ascēdat tecū nec videatur quíspiā p totū montē: boues q̄ꝫ q oues nō pascant ꝯtra. Excidit ḡ duas tabulas lapideas q̄les antea fuerāt q de nocte ꝛsurgēs ascēdit in mōtē synai sicut p̄ceperat ei dñs portās secū duas tabulas Cūq descēdissē dñs p nubē stetit moyses cū eo inuocās nomē dñi Quo trāseūte cora eo ait · domiator dñe deus miserícors q clemēs patiēs q multe miserícordie q verꝰ qui custodís miseícordiā in mília qui aufers iniq̄tatē q scelera atq̄ peccata nullꝰq̄ apud te p se innocens ē q reddís iniq̄tatē patꝝ filijs ac nepotibꝰ in tertiā q quartā p gemē Festinꝰq̄ moyses curuatꝰ est ꝓnus in terrā q adorans ait Si inuenī gratiā in ꝛspectu tuo domine obsecro ut gradiais nobiscum · ppłus em̄ dure cerúicis ē ut auferas iniq̄tates nr̄as atq̄ peccata nosq̄ possideas. Rñdit dñs · Ego inīo pactū videtibꝰ cūctis signa fatiā que nūq̄ visa fūt sup terrā nec in vllis gētibus ut cernat populus iste in cuius es medio opꝰ domini terribile q̄ꝰ faciur⁹ sū. Observa cūcta q̄ hodie mandaui tibi Ego ipe eicā ante faciez tuā amorreū q chananeū et ethēū pherezeumq̄ q eueū et iebuseū. Caue ne vnq̄ cū habitatorib⁹ terre illius iūgas amicicias q̄ tibi sint in ruinā ꝑ q aras eoꝝ destrues q ꝛfrinḡe statuas lucosq̄ succide. Noli adorare deum alienū dñs zelotes nomē eius deus est emulator. Ne ineas pactū cū hominib⁹ illaꝝ regionuꝫ ne cū formicati fuerint cū dijs suis et adorauerīt simulchra eoꝝ vocet te quíspiā ut comedas de ymolatis. Nec vxorē de filiabꝰ eoꝝ accipies filijs tuis ne postq̄ ipe fuerint formicate formicari faciant in deos suos filios tuos. Deos cōflatiles nō faties tibi Sollēnita tē azimoꝝ custodies Septē diebꝰ vescēris azimís sicut p̄cepi tibi in tpe mēsis nouoꝝ. Mensi em̄ vernī tpís egressus ē de egipto. Omne qđ aperit vuluā generis masculini meū erit. De cūctis animātibus tam de bobꝰ q̄ de ouibꝰ meū erit. Primogenitū asini redimes oue. Si aūt nec p̄ciū p eo dederis occidet. Primogenitū filioꝝ tuoꝝ redimes nec apparebis in ꝛspectu meo vacuꝰ. Sex diebꝰ operaberis die septimo cessabís arare et metere. Sollemnitatē ebdomadaꝝ facies tibi in primicijs fruguꝫ messis tue triticee q sollēnitatē q̄n redeūte anni tpe cūcta comūtur. Tribꝰ tpibꝰ annī apparebit omne masculinū tuū in cōspectu omipotētis dñi dei isrł. Cum em̄ tulero gētes a facie tua et dilatauero terminos tuos nullus insidiabit terre tue ascendente te q apparēte in cōspectu dñi dei tui ter in anno. Nō ymolabis super fermēto sāguinem hostie mee neq̄ residebit mane de victimis sollemnitatis phase. Primicias fruguꝫ terre tue offeres in domo dñi dei tui. Nō coques hedum in lacte matris sue. Dixitq̄ dñs ad moysen Scribe tibi verba hec q̄bus q tecū q cū isrł pepigi fedus. Fecit ḡ ibi cum dño moyses quadragīta dies q quadragīta noctes panē nō comedit q aquā non bibit q scripsit in tabulis verba federis decem

Cūq̄ descenderet moyses de mōte
synai: tenebat duas tabulas la
pideas testimonij ⁊ ignorabat q̄
cornuta essz facies sua ex cōsorcō
sermoīs domini. Vidētes aūt aa
rō ⁊ filij isrl̄ cornutā moysi faciē
timuerūt ꝓpe accedere. Vocatiq̄
ab eo reuersi sūt tā aaron q̄ pn̄ci
pes synagoge. Et postq̄ locutus
ē ad eos venerūt ad eū etiaz oēs
filij isrl̄. Quib⁹ p̄cepit cūcta q̄ au
dierat a dn̄o in monte synai. Im
pletisq̄ sermoīb⁹: posuit velamē
sup̄ fatiē suā. Qd̄ ingressus ad do
minū ⁊ loquens cū eo auferebat
donec exiret ⁊ tūc loquebat̄ ad fi
lios isrl̄ oīa q̄ sibi fuerāt impera
ta. q̄ videbat fatiē egrediētis moy
si eē cornutaz. ꝫ opiebat rursus il
le fatiē suaz. si qn̄ loq̄bat̄ ad eos.
Ca. xxxv.
Igit̄ ꝯgregata oī tur
ba filioruz isrl̄ dixit ad eos. Hec
sūt q̄ iussit dn̄s fieri. Sex diebus
fatietis op⁹ Septim⁹ dies erit vo
bis scūs sabbatū ⁊ req̄es dn̄i Qui
fecerit op⁹ ī eo: occidet̄. Nō succen
detis ignē ī oīb⁹ habitacul̄ vr̄is
p̄ diez sabbati. Et ait moyses ad
oēm cateruā filioꝝ isrl̄. Iste ē ser
mo quez p̄cepit dn̄s dicēs. Sepa
rate apud vos p̄mitias dn̄o. Oīs
voluntari⁹ ⁊ ꝓno aīo offerat eas
dn̄o. Auꝝ ⁊ argētū et es iacinctū
⁊ purpurā. coccūq̄ bistīctū et bis
sū. pilos capraꝝ. pellesq̄ arietum
rubricatas ⁊ iacinctinas. ligna se
thim et oleū ad luminaria ꝯcīnā
da ⁊ ut ꝯfitiat̄ vngētū ⁊ thymia
ma suauissimū. lapides onichīos
⁊ gēmas. ad ornatū sup̄humera
lis ⁊ racōnalis. Quisquis vestrum
sapiens ē: veniat ⁊ fatiat qd̄ dn̄s
imp̄auit tab̄naculū scilicz ⁊ tectū
ei⁹ atq̄ op̄imētū. anulos ⁊ tabu
lata cū vectib⁹. paxillos ⁊ bases.
archā ⁊ vectes. ꝓpitiatoriū ⁊ velū
qd̄ an̄ illud oppandit̄. mēsam cū
vectib⁹ ⁊ vasis ⁊ ꝓposicōis paībz
candelabꝝ ad luminaria sustētā
da. vasa illius ⁊ lucernas ⁊ oleū
ad nutrimēta igniū. altaē thymi
amatis ⁊ vectes ⁊ oleū vnctiōis ⁊
thymiama ex aromatibz. tētoriū
ad ostiū tab̄naculi. altaē holocau
sti ⁊ craticulā ei⁹ eneaz cū vectib⁹
⁊ vasis suis. labꝝ ⁊ bases ei⁹. cor
tinas atrij cū colūnis ⁊ basibz. tē
toriū in forib⁹ vestibuli. paxillos
tabernaculi ⁊ atrij cū funicul̄ suis
vestimēta quoꝝ vsus ē ī ministe
rio sāctuarij. vestes aarō pōtificis
ac filioꝝ ei⁹: ut sacerdotio fungāt̄
mihi Egressaq̄ oīs multitudo fili
oꝝ isrl̄ de ꝯspectu moysi: obtulerūt
mēte ꝓmptissima atq̄ deuota: pri
mitias dn̄o ad fatiendū opus ta
bernaculi testimonij. Quicq̄d ad
cultū ⁊ ad vestes sanctas necessa
riū erat: viri cū mulierib⁹ p̄buerūt
armillas ⁊ inaures. anulos ⁊ dex
tralia. Oē vas aureuz in donario
dn̄i sep̄atū ē Si q̄s hēbat iacinctū
⁊ purpurā. coccūq̄ bistinctū. bis
sū ⁊ pilos capraꝝ. pelles arietum
rubricatas ⁊ iacīctinas. argēti et
auri. erisq̄ metalla obtulerūt do
mino. lignaq̄ sethim in varios
vsus. Sz et mulieres docte q̄ vene
rāt dederunt: iacinctū. purpurā ⁊
vermiculum ac bissum ⁊ pilos ca
praꝝ. spōte ꝓpria cūcta tribuētes
Pn̄cipes vero obtulerūt lapides
onichinos et gemmas ad super
humerale ⁊ racōnale. aromataq̄

⁊ oleū ad luminaria ꝯcinnāda ⁊
ad p̄parandū vngētum ac thy
miama odoris suauissimi cōponē
dum. Oēs viri ⁊ mulieres mente
deuota obtulerēt donaria ut fierēt
opa q̄ iusserat dn̄s ꝑ manū moy
si. Cūcti filij isrl̄ volūtaria dn̄o de
dicauerēt. dixitq; moyses ad filios
isrl̄. Ecce vocauit dn̄s ex noīe bese
leel filiū huri filij hur de tribu iu
da impleuitq; eū spū dei sapiēcia
⁊ intelligētia ⁊ sciētia et omni do
ctrina ad excogitandū ⁊ faciēdū
opus in auro ⁊ argēto ⁊ ere ⁊ fer
ro sculpēdisq; lapidib⁹ ⁊ ope car
pentario Quicq̄d fabre adinueīri
potest dedit in corde eius. Ooliab
q̄ filiū achisamech de tribu dan
Ambos eruduit sapīa ut fatiāt
opa abietarij polimitarij ac plu
marij de iacīcto ⁊ purpura cocco
q; bistincto ⁊ bisso ⁊ texāt oīa ac
noua queq; reperiāt Ca. xxxvi.

Fecit ergo beseleel et ooliab
⁊ om̄is vir sapiēs quib⁹ de
dit dn̄s sapiētiaz et intellectū ut
scirēt fabre operari q̄ in vsu sāctu
arij necessaria sūt ⁊ q̄ precepit do
min⁹. Cūq; vocass; eos moyses ⁊
om̄ez eruditū virū cui dederat dn̄s
sapiētiaz ⁊ qui spōte sua obtulerīt
se ad faciēdum op⁹ tradidit eis
oīa donaria filiorū isrl̄. Qui cū in
starēt operi quotidie mane vota
popul⁹ offerebat. Vnde artifices
venire ꝯpulsi dixerēt moysi. Plus
offert ꝑplus q̄ necessariū est. Jus
sit ḡ moyses preconis voce cātari
Nec vir nec mulier quicq̄ offeāt
vltra in ope sāctuarij Sicq; cessa
tum est a muneribꝰ offerēdis eo
q̄ oblata sufficerēt et supabūda
rent. Fecerūtq; om̄s corde sapien
tes ad explendū opus tab̄naculi
cortinas decē de bisso retorta et ia
cincto ⁊ purpura cocco bistincto
ope vario ⁊ arte polimita. Quaꝝ
vna habebat in lōgitudīe vigīti
octo cubitos et in latitudine q̄tu
or. Vna mēsura erat oīm cortina
rum. Cōiunxitq; cortīas quīq; al
teraz alteri ⁊ alias quīq; sibimui
cez copulauit. Fecit ⁊ ansas iacī
ctinas in ora cortine vni⁹ ex vtro
q; latere ⁊ in ora cortine alteri⁹ si
militer ut cōtra seinuicē venirent
anse ⁊ mutuo iūgerētur. Vnde ⁊
quinq̄gīta fudit circulos aureos
qui morderēt cortinaꝝ ansas ⁊ fi
eret vnū tab̄naculū Fecit ⁊ saga
vndecim de pilis capraꝝ ad opiē
dū tectū tab̄naculi. Vnū sagū in
longitudīe hēbat cubitos trigin
ta et in latitudine cubitos q̄tuor.
Vni⁹ mēsure erāt oīa saga. Quo
rū quinq; iūxit seorsū ⁊ sex alia se
patim. Fecitq; ansas qn̄quagin
ta in ora sagi vni⁹ et qn̄quagīta
in ora sagi alteri⁹ ut sibimuicez
iūgerētur ⁊ fibulas eneas quin
quaginta quib⁹ necteret̄ tectū ut
vnū palliū ex oībus sagis fieret
Fecit ⁊ optoriū tab̄naculi de pelli
bus arietū rubricatis aliudq; de
sup velamē de pellib⁹ iacinctinis
Fecit et tabulas tab̄naculi de lig
nis sethim stātes. Decez cubitoꝝ
eāt longitudo tabule vni⁹ ⁊ vnū
ac semis cubitū latitudo retīebat
Bine īcastrature erāt ꝑ singulas
tabulas ut altera alteri iūgeret̄.
Sic fecit in oīb⁹ tab̄naculi tabul̄
E quib⁹ viginti ad plagā meridi
anā erāt cōn̄ austꝝ cū q̄dragīta

basibz ãgẽteis Due bases sb vna tabula ponebãt ex vtrãqz pte ãgu lo yvbi icast̃tué latez ī ãgul' tei mi nãt. Ad plagam q̃ tab̃naculi q̃ rspicit ad aq̃lonez fec̃ vigiti tabu las cũ q̃dẽginta basib9 argẽteis: duas bases p singulas tabulas Cõtr occidẽtẽ vero ad eã ptẽ ta b̃naculi q̃ mare rspicit fec̃ sex tabu las ⁊ duas alias p singulos ãgu los tab̃naculi retro q̃ iuncte erãt a deorsũ vsqz sursũ ⁊ in vnã opagẽ pit fore bãt. Ita fecit ex vtraqz p te per angulos: ut octo eẽnt sil' ta bule et haberent bases argẽteas sexdecim b̃mas scz bases sb singu lis tabulis. Fecit ⁊ vectes de ligñ sethim q̃q; ad otinendas tabu las vn9 lateris tabernaculi ⁊ q̃q; alios ad alterius lateris coap tandas tabulas et extra hos q̃q; alios vectes ad occidẽtale pla gam tabernaculi otr̃ mare. Fecit q̃ vectes alĩ q̃ p medias tabl'as ab angulo vsqz ad angulũ pertue miret. Ipa aũt tabulata deauãuit fusis basibz eaz argenteis. Et cir culos eoz fecit aureos p quos ve ctes induci possent quos et ipos lamnis aureis opuit. Fecit et ve lũ de iacincto ⁊ purpura vermicu lo ac bisso retorta opere polimita rio variũ atq; distinctũ ⁊ quatuor colũnas de ligñs sethim quas cuz capitib9 deauravit: fusis basi bz eaz ãgẽteis. Fec̃ ⁊ tẽtoriũ i itro itu tab̃naculi ex iacincto purpura vermiculo bissoq; retorta ope plũa rĩa ⁊ colũnas q̃q; cũ capitibz suis q̃s opuit auro. baseq; eaz fudit eneas ⁊ opuit auro. Ca. xxxviĩ.

Fecit ãt beseleel ⁊ archaz de li gnis sethim: habentem duos se micubitos in longitudine ⁊ cubi tũ ac semisse; in latitudine. altitu do q̃ vnius cubiti fuit ⁊ dimidij. Vestiuitqz eã auro purissimo in tus ⁊ foris. Et fecit illi coronaz au reã p gyrũ oblas q̃tuor anulos au reos p q̃tuor angulos eius: duos anulos in latere vno ⁊ duos i al tero. Vectes q̃ fec̃ de ligñs sethi quos vestiuit auro ⁊ quos misit i anulos q̃ erãt i lateribus archæ ad portandũ eã. Fecit et ppitiato riũ idest oraculũ de auro mũdissi mo duoz cubitoz et dimidij i lõ gitudie ⁊ cubiti ac semis i latitudi ne duos etiã cherubĩ ex auro du ctili q̃s posuit ex vtr̃qz pte ppitia torij. cherub vnũ i fũmitate vn9 ptis ⁊ cherub alter i fũmitate p tis alteri9. duos cherubĩ i singul' fũmitatib9 ppitiatorij: extẽdentes alas ⁊ tegẽtes ppitiatorium. seqz mutuo ⁊ illd respitiẽtes. Fec̃ ⁊ mẽ sã de ligñs sethi i lõgitudie duo rũ cubitoz ⁊ i latitudie vn9 cubi ti q̃ hẽbat i altitudie cubituz ac se missez. Circũdeditqz eaz auro mũ dissiõ ⁊ fec̃ illi labiũ aureũ p gyrũ ipiqz labio coronã aureã itrasilẽ q̃tuor digitoz ⁊ sup eandẽ alterã coronã aureã. Fudit ⁊ q̃tuor circu los aureos quos posuit in q̃tuor ãgulos p singlos pedes mẽse otr̃ coronã. misitqz i eos vectes ut pos sit mẽsa portai ipos q̃q; vectes fec̃ de ligñs sethi ⁊ circũdedit eos auro Et vasa ad diuersos vsus mẽse: ac tabula fialas et sciatos et thuri bula ex auro puro in quib9 offe renda sunt libamina. Fecit ⁊ cãde labz ductile de auro mũdissimo.

de cuius vecte calami ciphi speru
leq; ac lilia pcedebāt sex in vtroq;
latere. Tres calami ex pte vna ⁊
tres ex altera. Tres ciphi ī nucis
modū p calamos singulos speru
leq; sil' ⁊ lilia et tres ciphi instar
nucis ī calamo altero speruleq; si
mul et lilia. Equū erat op⁹ sex ca
lamoꝝ q̄ pcedebāt de stipite cāde
labri. In ipo aūt vecte erāt q̄tuor
ciphi in nucis modū speruleq; p
singulos ⁊ lilia ⁊ sperule sub duo
bus calamis p loca tria q̄ sil' sex
fiūt calami pcedētes de vecte vno
Et sperule igitur et calami ex ipo
erāt vniūsa ductilia ex auro puris
simo. Fecit ⁊ lucernas septē cum
emunctoriis suis et vasa vbi ea q̄
emūcta sūt extīguant' de auro mū
dissimo. Talentū auri appēdebat
cādelabꝝ cū omib⁹ vasis suis Fe
cit ⁊ altaē thymiamatis de lignis
sethim p q̄drū singulos habēs cu
bitos ⁊ ī altitudīe duos e cui⁹ an
gulis pcedebāt cornua vestiuitq;
illud auro purissimo cū craticula
ac parietib⁹ ⁊ cornib⁹. Fecitq; ei
coronā aureolā p gyrum ⁊ duos
anulos aureos sb corona p singu
la latera ut mittant' in eos vectes
⁊ possit altare portari. Ipsos autē
vectes fecit de lignis sethim ⁊ ope
ruit lamīs aureis. Cōposuit ⁊ ole
um ad scīficacōis vngentū ⁊ thy
miamata de aromatib⁹ mundissi
mis ope pigmītarij Ca. xxxviij.

Fecit ⁊ altaē holocausti de lig
nis sethim q̄nq; cubitoꝝ p
quadrū ⁊ triū altitudīe cuius cor
nua de angulis pcedebāt operuit
q; illud lamīs eneis. Et ī vsus ei⁹
parauit ex ere vasa diūsa lebetes
forcipes fuscinulas vncinos ⁊ ig
niū receptacula. Craticulāq; eius
in modū retis fecit eneā ⁊ subter
eam in altaris medio arulā fusis
quatuor anulis p totidē reciacula
sūmitates ad immittendos vectes
portandū. Quos et ipsos fecit de
lignis sethī ⁊ opuit laminis ene
is induxitq; in circulos q̄ in lateri
bus altaris eminebāt Ipsū autē
altare nō erat solidū ꝫ cauū ex ta
bulatis ⁊ intus vacuū. Fecit ⁊ la
brū eneum cū basi sua de speculis
mulieꝝ q̄ excubabāt in ostio tab'
naculi. Fecit et atriū in cuius au
strali plaga erāt tētoria de bisso
retorta cubitoꝝ cētū colūne enee
viginti cū basib⁹ suis capita colū
naꝝ ⁊ tota opis celatura argētea
Eque ad septētrionalē plagaꝫ tē
toria colūne basesq; et capita co
lumnaꝝ eiusdē mensure et opis
ac metalli erāt. In ea vero plaga
que ad occidentē respicit fuerūt
tentoria cubitoꝝ quīquagīta. co
lūne decē cum basib⁹ suis enee et
capita colūnarū et tota opis cela
tura argētea. Porro ɔtra orientē
q̄nquagīta cubitoꝝ parauit ten
toria e q̄bus quindecī cubitos co
lūnarū trium cū basib⁹ suis vnū
tenebat lat⁹ ⁊ in pte altera q̄ in
ter vtraq; introitū tab'naculi fecit
quindecī eque cubitorū erāt tēto
ria colūneq; tres ⁊ bases totidē.
Cūcta atrij tētoria bissus retorta
texuerat. Bases colūnarum fuere
enee. capita aūt eaꝝ cū cunctis ce
laturis suis argētea ꝫ ⁊ ipsas co
lūnas atrij vestiuit argēto. Et ī in
troitu eius ope plumario fecit tē
toriū ex iacīcto purpura v̄miculo

ac bisso retorta qd̄ habebat vigī
ti cubitos in lōgitudine. altitudo
vero qn̄q̄ cubitoꝝ erat iux̄ mēsu
rā quā cuncta atrij tētoria habe
bant Colūne autē in īgressu fue
re quatuor cū basib⁹ eneis. capi
taq̄ eaꝝ ⁊ celature argētee Paxil
losq̄ tab̄naculi ⁊ atrij p gyꝝ fec̄
eneos Hec sūt instrumēta tab̄na
culi testimonij q̄ enumerata sunt
iux̄ preceptū moysi in cerimonijs
leuitarum p manū ythamar filij
aarō sacerdotis que beseleel fili⁹
huri filij hur de tribu iuda dn̄o
p moysen iubente ꝯpleuerat. iun
cto sibi sotio ooliab filio achisa
mech de tribu dan qui et ip̄e arti
fex ligno⁊ egregius fuit ⁊ polimi
tarius atq̄ plumari⁹ ex iacincto.
purpura. vermiculo ⁊ bisso. Om̄e
auꝝ qd̄ expensū ē in ope sanctua
rij ⁊ qd̄ oblatū ē in donarijs vigī
ti ⁊ nouē talentoꝝ fuit ⁊ septingē
torū triginta sidoꝝ ad mēsuram
sanctuarij. Oblatū ē aūt ab hijs
qui trāsierūt ad numerū a vigin
ti ānis ⁊ supra de sexcētis trib⁹ mi
lib⁹ ⁊ qn̄gētis qn̄quagīta arma
torū. Fuerūt p̄terea centū talenta
argēti: e quib⁹ cōflate sunt bases
sanctuarij ⁊ introitus vbi velum
pendet. Centū bases facte sūt de ta
lentis centuꝫ: singul̄ talētis p ba
ses singulas supputatis. De mille
aūt septingētis ⁊ septuagintaqn̄
q̄ fecit capita columnarū quas ⁊
ip̄as vestiuit argēto. Eris q̄ obla
ta sūt talēta septuagīta duo milia
⁊ q̄dringenti sup̄ sidi ex q̄b⁹ fuse
sunt bases ī introitu tab̄naculi te
stimonij ⁊ altaē eneū cū craticula
sua. oīaq̄ vasa q̄ ad vsuꝫ ei⁹ pti
nēt ⁊ bases atrij tā in circuitu q̄
in ingressu ei⁹ ⁊ paxilli tab̄naculi
atq̄ atrij p gyrum. Ca. xxxix.

De iacīcto vero ⁊ purpurā ver
miculo ac bisso fec̄ vestes q̄
b⁹ īdueret̄ aarō qn̄ ministrabat
ī sanctis: sicut p̄cepit dn̄s moysi.
Fecit igit̄ superhumerale de auro
iacincto ⁊ purpura. coccoq̄ bisti
cto ⁊ bisso retorta: ope polimitario
Inciditq̄ bracteas aureas ⁊ exte
nuauit ī fila ut possent torq̄ri cū
p̄orū colorū subtegmine. duasq̄
oras sibi inuicē copulatas ī vtro
q̄ latere summitatū ⁊ baltheū ex
eisdē coloribus sicut p̄cepat dn̄s
moysi. Parauit ⁊ duos lapides
onichīos astrictos ⁊ īclusos au
ro ⁊ sculptos arte gēmaria noīb⁊
filioꝝ israhel. Sex noīa in lapide
vno ⁊ sex in altero: iuxta ordinē
natiuitatis eoꝝ. Posuitq̄ eos in
la terib⁹ suphumeral̄ ī monimē
tū filioꝝ isrl̄ sic̄ p̄cepat dn̄s moy
si. Fecit ⁊ racōnale ope polimito:
iux̄ opus suphumeralis ex auro.
iacincto. purpura coccoq̄ bistin
cto ⁊ bisso retorta: q̄drangulū du
plex mēsure palmi ⁊ posuit in eo
gēmarū ordines q̄tuor. In primo
versu erat sardi⁹. topazius. sma
ragdus. In secūdo carbūcul⁹. sa
phir⁹. iaspis. In tertio ligurius.
achates. ametist⁹. In q̄rto criso
lit⁹. onichin⁹ ⁊ berillus. circūdati
⁊ īclusi auro p ordines suos. Ipsi
q̄ lapides duodecī sculpti erāt no
minib⁹ duodecim tribuū israhel:
singuli p noīa singulorū. Fecerūt
ī racōnali ⁊ catenulas sibi īuicē
coherētes de auro purissiō ⁊ duos
vncinos. totidēq̄ anulos aureos

Porro anulos posuerūt in vtroq; latere racōnalis ex q̄bus pēderēt due cathene auree quas inserue rūt vncinis q̄ in suphumeral' an gulis eminebāt Hec ⁊ añ ⁊ retro ita ꝯueniebāt sibi ut suphumera le ⁊ racōnale mutuo necterēt stri cta ad baltheū ⁊ anulis forcius co pulata quos iūgebat vitta iacin ctina ne laxa fluerēt ⁊ a seinuicē mouerent sicut p̄cepit dn̄s moysi Fecerūtq; tunicā suphumeālis to tam iacīctinā ⁊ capitiū in supiori parte ꝯtra mediū orazq; p gyrū capicij textilē. deorsū aūt ad pedes malapunica ex iacīcto purpura. vermiculo ac bisso retorta ⁊ tintī nabula de auro purissimo q̄ posu erūt int̄ malagranata ī extrema parte tunice p gyrū. tintīnabulū autē aureū ⁊ malūpunicū quib⁹ ornat⁹ incedebat pōtifex qn̄ mini sterio fungebat sicut p̄cepit dn̄s moysi. Fecerūt ⁊ tunicas bissinas ope textili aarō ⁊ filijs eius et mi tras cū coronulis suis ex bisso fei nalia q̄ linea bissina. cīgulū vero de bisso retorta iacīcto purpura ac v̄miculo distinctū arte pluma ria sicut p̄cepat dn̄s moysi. Fece rūt ⁊ laminā sacre veneracōis de auro purissimo scripserūtq; in ea ope gēmario sāctum dn̄i ⁊ strīxe runt eā cum mitra vitta iacīctina sicut p̄cepat dn̄s moysi Perfectū est igit̄ om̄e opus tab̄naculi ⁊ te cti testimonij. Fecerūtq; filij isrl' cū cta q̄ precepat dn̄s moysi ⁊ obtu lerūt tab̄naculū ⁊ tectū ⁊ vniūsaz suppellectilez anulos tabulas ve ctes colūnas ac bases optoriū de pellib⁹ arietū rubricatis et aliud opimentū de iacīctinis pellib⁹ ve lum archā vectes ꝓpiciatoriū mē sam cū vasis suis ⁊ ꝓposicōis pa nib⁹ cādelabꝝ lucernas et vtēsilia eaꝝ cū oleo altare aureū et vngē tum et thymiama ex aromatib⁹ et tētoriū in introitu tab̄naculi al tare eneū retiaculū vectes et vasa eius oīa labꝝ cū basi sua tētoria atrij ⁊ colūnas cū basib⁹ suis tē toriū in introitu atrij funiculosq; illius ⁊ paxillos. Nihil ex vasis defuit q̄ in ministeriū tab̄naculi ⁊ in tectuz federis iussa sūt fieri. Ve ctesq; quib⁹ sacerdotes vtunt̄ in sāctuario aaron scilicz ⁊ filij eius obtulerūt filij isrl' sicut p̄cepat do min⁹. Que postq̄ moyses cuncta vidit ꝯpleta bn̄dixit eis. Ca. xl.

Locutusq; est dn̄s ad moysē dicēs. Mēse primo p̄ma die mēsis eriges tab̄naculū testīonij ⁊ pones in eo archam dimittesq; ante illā velū ⁊ illata mēsa pones sup eam q̄ rite p̄cepta sūt. Cande labꝝ stabit cū lucernis suis et al tare aureū in quo adolet̄ incēsum corā archa testīonij Tentoriū in introitu tab̄naculi testīonij pōes ⁊ ante illud altare holocausti. La brū inter altare et tab̄naculū qd̄ implebis aqua. Circūdab̄q; atri um tētorijs ⁊ ingressum ei⁹. Et as sumpto vnctōnis oleo vnges ta bernaculū cum vasis suis ut sācti ficētur altare holocausti et om̄ia vasa ei⁹ labꝝ cū basi sua. Oīa vn ctōnis oleo ꝯsecrab̄ ut sint scāsā ctoꝝ. Applicab̄q; aarō ⁊ filios ei⁹ ad fores tab̄naculi testīonij et lo tos aqua in dues sāctis vestibus ut ministrēt mihi ⁊ vnctō eoꝝ in

sacerdotiū sempiternū ꝓfitiat. Fe
citq; moyses oīa que p̄cepat do
min⁹ Igit̄ mēse p̄mo ānī secundi
p̄ma die mensis collocatū ē taber
naculū. Erexitq; moyses illud et
posuit tabulas ac bases ⁊ vectes
statuitq; colūnas ⁊ expandit te
ctū sup tabernaculū imposito desu
p opimēto sicut dn̄s impauerat
Posuit ⁊ testimoniū in archa sb̄
ditis infra vectib⁹ ⁊ oraculū desu
per. Cūq; intulisset archā in taber
naculū testimonij appēdit an̄ eā
velū ut expleret dn̄i iussionē Po
suit ⁊ mensā in tabernaculo testi
monij ad plagā septētrionalem
extra velū ordinatis corā ꝓposicō
nis panib⁹ sic̄ p̄cepat dn̄s moy
si. Posuit ⁊ candelabꝝ in taberna
culo testimonij e regione mēse in
pte australi: locatis per ordinē lu
cernis iuxta p̄ceptū dn̄i. Posuit ⁊
altare aureū sub tecto testimonij
ɔtra velū et adoleuit sup eo incen
sū aromatū sic̄ iusserat dn̄s moy
si Posuit ⁊ tentoriū in introitu ta
bernaculi testimonij ⁊ altaē holo
causti in vestibulo testimonij: of
ferens in eo holocaustū et sacrifi
tia ut dn̄s imperauerat. Labꝝq̄
statuit int̄ tab̄naculuꝫ testimonij
⁊ altaē implens illud aqua. laue
rūtq; ī eo moyses ⁊ aaron ac filij
ei⁹ manus suas ac pedes cū ingre
derent̄ tectū federis ⁊ accederēt ad
altare sicut precepat dn̄s moysi.
Erexit ⁊ atriū p gyꝝ tabernaculi
⁊ altaris: ducto in introitu ei⁹ ten
torio Postq̄ oīa pfecta sūt operu
it nubes tab̄naculuꝫ testimonij ⁊
gloria dn̄i impleuit illud. Nec po
terat moyses ingredi tectū federis
nube operiente omnia ⁊ maiesta
te dn̄i coruscante. q̄a cūcta nubes
operuerat. Si qn̄ nubes taberna
culū deserebat: ꝓficiscebāt̄ filij is
rahel p turmas suas. Si pendebat
desup: manebant in eodē loco Nu
bes quippe dn̄i incubabat p dieꝫ
tabernaculo ⁊ ignis ī nocte: vidē
tibus cunctis popul̄ israhel p cū
ctas mansiones suas.

Explicit liber Exodi. Incipit
variecra ⁊ liber Leuiticus.

Vocauit autē moysē
⁊ locutus ē ei domi
nus de tabernaculo
testimonij dicens.
Loq̄re filijs israhel
⁊ dices ad eos. Homo qui obtu
lerit ex vobis hostiā domino de pe
coribus idest de bobus ⁊ ouibus
offerens victimas si holocaustū
fuerit eius oblatio ac de armen
to masculum immaculatum offe
ret ad ostiuꝫ tabernaculi testimo
nij ad placandum sibi dominuꝫ
Ponetq; super caput hostie ma
nus ⁊ acceptabilis erit atq; in ex
piationem eius ꝓfitiens. Imola
bitq; vitulū corā dn̄o ⁊ offerēt fi
lij aarō sacdotis sāguinē ei⁹ fūdē
tes p altaris c̄cuitū qd̄ ē an̄ ostiū
tab̄naculi. Detr̄ctaq; pelle hostie
art⁹ ī frusta ɔcidēt ⁊ sb̄itiēt ī altai
ignē strue lignoꝝ an̄ ɔposita ⁊ mē
bra q̄ sūt cesa desup ordinātes ca
put videlicꝫ ⁊ cūcta que adherēt
iecori ītestinis ⁊ pedib⁹ lotis aq̄.
adolebitq; ea sacdos sup altaē ī ho
locaustū ⁊ suauē odorē dn̄o. qd̄ si
de pecoribꝫ oblacō ē de ouibꝫ siue

de capris holocaustū agnū anni
culū ⁊ absq; macula offeret ymo
labitq; ad latꝰ altaris qđ respicit
ad aquilonē corā dño. Sāguinē
vero illiꝰ fundēt sup altare filij aa
ron p circuitū diuidētq; mēbra ca
put ⁊ oīa que adherēt iecori ⁊ im
ponēt sup ligna q̄bus sbiciēdus
est ignis. Intestīa vero ⁊ pedes la
uabūt aqua et oblata oīa adole
bit sacerdos sup altaē in holocau
stū ⁊ odorē suauissimū dño Si au
tē de auibꝰ holocausti oblatio fu
erit dño de turturibꝰ et pullis co
lūbe. offeret eā sacerdos ad altaē
⁊ retorto ad collū capite ac rupto
vulneis loco decurrere faciet san
guinē sup crepidīez altaīs. vesicu
lam vero gutturis et plumas ꝓi
ciet ꝓpe altaē ad oriētalez plagaz
in loco in q̄ cineres effundi solēt.
Cōfringetq; ascellas eiꝰ et nō se
cabit neq; ferro diuidet eaz ⁊ ado
lebit sup altaē lignis igne suppo
sito. Holocaustū est ⁊ oblatio su
auissimi odoris dño. Ca. ij.

Anima cū obtulerit oblacōez
sacrificij dño simila erit eiꝰ
oblacō. Fūdetq; sup eā oleū et po
net thꝰ ac deferet ad filios aarō
sacerdotis. Quorū vnꝰ tollet pu
gillū plenū simile ⁊ olei ac totum
thus ⁊ ponet memoriale sup alta
re in odorem suauissimū dño. Qđ
aūt reliquū fuerit de sacrifitio erit
aarō ⁊ filioꝝ eius sāctūsāctoꝝ de
oblacōibꝰ dñi. Cūq; aūt obtule
ris sacrificiū coctū in dibano de
simila panes scilicz absq; fermē
to cōspsos oleo ⁊ lagana azima
oleo lita si oblacō tua fueit de sar
tagīe sile ɔsperse oleo ⁊ absq; fer
mēto diuides eā minutatī ⁊ fūdes
sup eaz oleū. Sin aūt de craticula
fuerit sacrificiū eque simila oleo
cōspgeť quā offerēs dño trades
manibꝰ sacerdotis. Qui cū obtu
lerit eā tollet memoriale de sacrifi
tio ⁊ adolebit sup altare in odorez
suauitatis dño. Quicq̄d autez reli
quū est erit aaron ⁊ filioꝝ eiꝰ sā
ctūsāctoꝝ de oblacōnibꝰ dñi. Oīs
oblatio q̄ offerť dño absq; fermē
to fiet nec quicq̄ fermēti ac mel
lis adolebiť sacrifitio dñi. Primi
tias tm̄ eorum offeretis ac mune
ra. sup altare vero nō imponenť in
odorez suauitatis Quicq̄d obtule
ris sacrificij sale cōdies nec aufe
res sal fedeis dei tui de sacrificō tuo
In omni oblatione offeres sal Si
aūt obtuleris munꝰ p̄miciaꝝ fru
gū tuaꝝ dño de spicis adhuc vi
rentibꝰ torreb eas igni ⁊ ɔfrīges
in morez farris ⁊ sic offeres p̄mici
as tuas dño fundes sup ea oleū ⁊
thus imponēs q̄ oblatio dñi est
de q̄ adolebit sacdos in memoriaz
muneris p̄tem farris fracti ⁊ olei
ac totum thus. Ca. iij.

Quod si hostia pacificoꝝ fu
erit eius oblacō ⁊ de bobus
suscepit eū ⁊ ītroduxit ī domū pa
tris sui Qd cū audissꝫ soc̄ eiꝰ eūq̄
vidissꝫ occurrit ei letꝰ ⁊ āplexatꝰ
ē hōiez Māsitq̄ gener ī domo soce
ri t̄bꝫ diebꝫ ꝯmedēs cū eo ⁊ bibēs
familiarit̄. die āt quarto de nocte
ꝯsurgēs ꝓficisci voluit Quē tenuit
socer ⁊ ait ad eū. Gusta p̄us pu
sillū pais ⁊ ꝯforta stomachū ⁊ sic
ꝓficisceis. sederūtq̄ sil̄ ac ꝯmederūt
⁊ biberūt. Dixitq̄ p̄r puelle ad ge
nerū suū. q̄so te ut hodie h̄ mane
as parit̄q̄ letem̄. At ille ꝯsur gēs
cepit velle ꝓficisci Et n̄lominꝰ ob
nixe eū socer tenuit et apd se fecit
manere. Mane āt facto parabat
leuites it̄ Cui socer rursū. Obsecro
inq̄t ut paululum cibi capias et
assumptis viribꝫ donec increscat
dies: postea ꝓficiscaris. Comede
rūt ergo siml̄ surrexitq̄ adolescēs
ut pergeret cum vxore sua ⁊ pue
ro. Cui rursum locutus est socer

Cōsidera q̄ dies ad occasū declinauerit q̄ p̄gim̄ ad vesperū. Mane aplius me etiā hodie q̄ duc letū diez q̄ cras p̄ficisceris vt vadas i domum tuam. Noluit gener acquiescere sermonibus eius. sed statū pertexit et venit contra iebus q̄ altero nomine vocat iebus: ducēs secū duos asinos onustos q̄ cubinā. Jamq̄ aderat iux̄ iebus q̄ dies mutabat in noctē. dixitq̄ puer ad dñm suū. Veni obsecro declinemus ad vrbē iebuseorū q̄ maneamus in ea. Cui rñdit dñs. Nō ingrediar oppidū gētis aliene q̄ nō ē de filijs isrl. ⁊ transibo vsq̄ gabaa q̄ cū illuc puenero manebimus in ea ā ceteris vrbe rama. Trāsierūt ḡ iebus q̄ cepū carpebāt iter: occubuitq̄ eis sol iuxta gabaa q̄ ē i tribu beniamin: diuertēruntq̄ ad eā vt manerēt ibi. Quo cum intrassent sedebant i platea ciuitatis q̄ nullus eos recipere voluit hospitio. Et ecce apparuit hō senex reuertens de agro q̄ de ope suo vesperi. q̄ q̄ ipe de mōte erat ephraim q̄ peregrinus habitabat i gaba. Homines āt regionis illius erāt filij iemini. Eleuatisq̄ oculis vidit senex sedentē hominē cū sarcinulis suis in platea ciuitatis q̄ dixit ad eū Vnde veni⁹ aq̄ vadis. Qui rñdit ei. pficisc⁹ sum⁹ de bethleem iuda et pgim⁹ ad locū nostrū q̄ ē in late montis ephraim vñ ieram⁹ bethleem. Et nūc vadim⁹ ad domum dei nullusq̄ sub tectū suū nos vult recipere: habētes paleas q̄ fenū i asino cū pabulū q̄ panē ac vinū i meos q̄ ancille tue vsus q̄ pueri q̄ mecū ē. Nulla re indigem⁹ nisi hospitio. Cui rñdit senex. Pax tecū sit. Ego pleno oia q̄ necessaria sūt. tm̄ q̄sone i platea maneas. Introduxitq̄ eū in domū suā q̄ pabulū asinis p̄buit ac post q̄ lauerūt pedes suos recepit eos i cōuiuiū. Illis epulātibus q̄ post laborē itineris cibo et potu reficiētibus corpa: venerūt viri ciuitatis illius filij belial id est absq̄ iugo q̄ circūdātes domū senis fores pulsare ceperūt clamātes ad dñm dom⁹ atq̄ dicētes. Educ virū q̄ ingressus ē domū tuā vt abutamur eo. Egressusq̄ ē ad eos senex et ait. Nolite frēs nolite facere malū hoc. q̄ ingressus ē hō hospitium meū q̄ cessate ab hac stultitia. Habeo filiā virginē q̄ hic hō hz cōcubinā: educā eas ad vos vt humilietis eas q̄ vīam libidinē oplea tis: tm̄ obsecro ne scelus hoc contra naturā operemini i virū. Nolebāt acq̄escere sermonibus illius. Q̄s cernens hō adduxit ad eos concubinā suā q̄ eis tradidit illudendā. Quā cū tota nocte abusi essent: dimiserūt eā mane. At mulier recedēte nocte tenebris venit ad ostiū domus vbi manebat dñs suus q̄ ibi corruit. Mane facto surrexit hō q̄ aperuit ostium vt ceptā expleret viam q̄ ecce concubina eius iacebat ante ostium sparsis i limine manibus. Cui ille putās eā quiescere loq̄batur. Surge vt ābulemus. Qua mihil rñdente intelligēs q̄ erat mortua: tulit eam q̄ iposuit asino: reuersusq̄ ē i domū suā. Quā cū esset ingressus arripuit gladiū q̄ cadauer vxoris cū ossibus suis i duodecim ptes ac frusta cōscidēs misit in oēs finīos isrl. Q̄s cū vidissent singuli cōclamabāt. Nunq̄ res talis facta ē in isrl ex

eo die quo ascenderunt patres
nostri de egipto vsq; in presens
tēpus. Ferte sētenciā ⁊ ī cōe decer
nite q̄d facto op⁹ sit.:. Ca. xx.

Egressi itaq; sūt oēs filij isrl ⁊
p̄iter ɔgregati q̄si vir vnus
de dā vsq; bersabee ⁊ t̄ra galaad
ad dn̄m in maspha. oēsq̄ anguli
populoꝝ ⁊ cūcte tribꝫ israhel in ec
clesiā populi dei ɔueneīt q̄dringē
ta milia peditū pugnatoꝝ. Nec
latuit filios beniamin q̄ ascendis
sent filij isrl in maspha Interoga
tusq; leuita maritus mulieris int̄
fecte qūo tātū scel⁹ perpetratum
eēt rn̄dit Veni ī gabaa beniamin
cū vxore mea. illucq; diuerti Et ec
ce hōies cītatis illius circūdederūt
nocte domū in q̄ manebā volētes
me occidere ⁊ vxorē meaꝫ incredi
bili furoē libidīs vexantes deniq;
mortua ē Quā arreptam in frusta
ɔcidi misiq; partes ī omēs termi
nos possessionis vestre q̄ nunq̄
tātū nephas ⁊ tā grāde piaculū
factū ē in israhel. Adestis omēs fi
lij israhel decernite q̄d facē debea
tis. Stāsq; omnis ꝑplus ⁊ q̄si vni
us hōis sermone rn̄dit. Nō recede
mus in tabnacula nr̄a nec suā q̄s
q̄ intrabit domū s̄ hoc cōtra ga
baa in ɔmune faciem⁹. Decē viri
eligant̄ e cētum ex omnibꝫ tribu
bus israhel ⁊ cētum de mille ⁊ mil
le de decē milib⁹ ut cōportent exer
citui cibaria et possim⁹ pugnare
ɔtra gabaa beniamin et reddē ei
ꝓ scelē q̄d meret̄. Cōuenitq; vni
uersus israhel ad cītatē; q̄si homo
vnus eadē mēte vnoq; ɔsilio ⁊ mi
serūt nūtios ad omnē tribum be
niamin q̄ dicerent. Cur tātum ne
phas in vobis reptū est. Tradi
te hōies de gabaa q̄ hoc flagiciū
ꝑpetrarūt ut moriātur ⁊ auferat̄
malū de israhel. Qui noluerūt fra
tꝝ suoꝝ filioꝝ israhel audiē man
datū s̄ ex cūctis vrbib⁹ que sortis
sue erāt ɔuenerūt in gabaa ut il
lis ferrent auxiliū ⁊ cōtra vniuer
sū populū israhel dimicarēt Inuē
tiq; sūt vigintiq̄nq; milia de beni
amin educētiū gladiū pret̄ habi
tatores gabaa q̄ septingēti erant
viri fortissimi ita sinistra ut dextr̄
p̄liantes ⁊ sic fūdis lapides ad cer
tū iacientes ut capillūq̄ possent
ꝑcutere ⁊ nequaq̄ in alterā ꝑtē;
ictus lapidis deferret̄ Viroꝝq̄ is
rahel absq; filijs beniamin inuen
ta sūt quadringēta milia educēci
um gladios ⁊ ꝑatoꝝ ad pugnā
q̄ surgētes venerūt ī domū dei hoc
ē in silo. ɔsuluerūtq; dn̄m atq; dix
erūt. Quis erit in exercitu nr̄o pn̄
ceps certaminis ɔtra filios benia
min. Quib⁹ rn̄dit dn̄s. Judas sit
dux vester. Statiq; filij israhel sur
gētes mane castrametati sūt iux
ta gabaa ⁊ inde ꝓcedentes ad pu
gnā ɔtr̄ beniamin vrbē oppugna
re ceperūt. Egressiq; filij beniamin
de gabaa occiderūt de filijs israhel
die illo viginti duo milia viroꝝ
Rursū filij isrl ⁊ fortitudine ⁊ nu
mero ɔfidētes in eodē loco in quo
pri⁹ c̄tauerūt atiē direxerūt ita tn̄ ut
pri⁹ ascēderēt ⁊ flerēt corā dn̄o vs
q; ad noctē. ɔsulerētq; eū ⁊ dice
rēt Debeo vltr̄ ꝓcedē ad dimicād
ɔtra filios beniamin fratres me
os an n̄. Quibꝫ ille rn̄dit Ascēdite
ad eos ⁊ inite c̄tamē. Cūq; filij is
rahel alteā die ɔtr̄ filios beniamin

ad p̄liū ꝓcessissent: eruperūt fi
lij bēiamī de portis gabaa ⁊ occur
rētes eis tāta in illos cede bacha
ti sūt ut decē ⁊ octo milia virorum
educētiū gladiū ꝓsternerēt Quā
ob rem oēs filij isrl̄ venerūt in do
mū dei ⁊ sedētes flebāt corā dn̄o.
Jeiunauerūtq; die illo vsq; ad ves
perā ⁊ obtulerūt ei holocausta at
q; pacificas victimas ⁊ sup statu
suo interrogauerūt. Eo tp̄e ibi erāt
archa fedeis dn̄i ⁊ phinees filius
eleazari filij aaron p̄positꝰ domus
Cōsuluerūt igit̄ dn̄m atq; dixerūt.
Exire vltra debemꝰ ad pugnaz cō
tra filios bēiamī fratres nr̄os an
quiescere. Quibꝰ ait dn̄s. Ascēdi
te. Cras em̄ tradā eos in manus
vr̄as. Posuerūtq; filij isrl̄ insidias
per circuitū vrbis gabaa ⁊ tertia
vice sicut semel et bis cōtra benia
min exercitū ꝓduxerūt. Sed ⁊ filij
beniamin audacter eruperūt de ci
uitate ⁊ fugiētes adūsarios lōgi
us ꝑsecuti sūt. ita ut vulnerarent
ex eis sic p̄mo die ⁊ scd̄o ⁊ cederēt
per duas semitas vertētes terga
quarū vna ferebat̄ in bethel et al
tera in gabaa atq; ꝓsternerēt tri
ginta circiter viros. Putauerunt
em̄ solito eos more cedere. Qui fu
gā arte sil̄antes inierūt cōsiliū ut
abstraherent eos de ciuitate ⁊ q̄si
fugiētes ad supradictas semitas
ꝑducerēt Oēs itaq; filij isrl̄ surgē
tes de sedibꝰ suis tetēderūt atiez ī lo
co qui vocat̄ baalthamar: insidie
q̄ que circa vrbē erant paulatī se
apire ceperūt ⁊ ab occidētali vrbis
parte ꝓcedere. Sed ⁊ alia decez mi
lia virorꝫ de vniūso isrl̄ habitato
res vrbis ad certamīa ꝓuocabāt.

ingrauatūq; est bellū cōtrā filios
beniamin ⁊ nō intellexerunt q̄ ex
omni ꝑte illis instaret interitus.
Percussitq; eos dn̄s in cōspectu fi
liorꝫ isrl̄ ⁊ interfecerūt ex illis in il
lo die vigintiquīq; milia ⁊ centū
viros oēs bellatores ⁊ educentes
gladiū. Filij autez beniamin cū se
inferiores esse vidissent ceperūt fu
gere. Qd̄ cernētes filij isrl̄ dederūt
eis ad fugiēdū locū ut ad p̄para
tas insidias deuenirent q̄s iuxta
vrbē posuerant Qui cū repēte de la
tibulis surrexissent ⁊ beniamī ter
ga cedētibꝰ daret: ingressi sūt ciui
tatē ⁊ ꝑcusserūt eam in ore gladij
Signum aūt dederāt filij isrl̄ hijs
quos in insidijs collocauerāt ut
postq̄ vrbez cepissent ignē accēde
rent ut ascendēte in altū fumo ca
ptam vrbē demōstrarēt. Qd̄ cū cer
nerēt filij isrl̄ in ipso certamīe po
siti. putauerunt em̄ filij beniamin
eos fugere ⁊ instantius ꝑseq̄bāt̄
cesis de exercitu eorꝫ trigīta viris
ut viderūt quasi colūnā fumi de ci
uitate cōscēdere. beniaminq̄ respi
tiēs retro cū captā cernerēt cītatē
⁊ flāmas in sublime ferri q̄ prius
simulauerāt fugā v̄sa fatie fortiꝰ
resistebāt. Qd̄ cū vidissent filij be
niamī in fugā v̄si sūt ⁊ ad viā de
serti ire ceperūt: illucq̄ eos adūsa
riis ꝑsequētibꝰ. Sed ⁊ hij q̄ vrbē
succēderant occurrerūt eis atq; ita
factū est ut ex vtraq; ꝑte ab hosti
bus cederēt̄ nec erat vlla requies
moriētium Ceciderūt atq; ꝓstrati
sūt ad oriētalez plagam vrbis ga
baa. Fuerūt aūt q̄ in eodē loco in
terfecti sūt decē ⁊ octo milia virorꝫ
oēs robustissimi pugnatores Qd̄

cū vidissent qui remāserāt de be
niamin fugerūt ī solitudīez ⁊ ꝑge
bāt ad petrā cui⁹ vocabulū ē rem
mon In illaq̄ fuga palātes ⁊ ī di
uersa tēdētes occiderūt qn̄q̄ milia
viros. Et cū vltra tēderent ꝑsecuti
sūt eos. Et intꝛfecerūt etiā alia duo
milia Et sic factū ē ut oēs qui ceci
derāt de beniamin ī diuersis locis
eēnt vigintiqn̄q̄ milia pugnato
res ad bella ꝓmptissimi. Remāse
rūt itaq̄ de oī numero beniamin
q̄ euadere potuerūt ⁊ fugē in solitu
dinē sexcēti viri sederūtq̄ ī petra rē
mon mēsib; q̄tuor. Regressi autē
filij isrl̄ oēs reliq̄as ciuitatis a vi
ris vsq̄ ad iumēta gladio ꝑcus
serūt cūctasq̄ vrbes ⁊ viculos beni
amin vorax flamma cōsumpsit.
Vrauerātq̄ filij isrl̄ Ca. xxi.
in maspha ⁊ dixerūt. Nullus nr̄m
dabit filijs beniamin de filiab⁹ su
is vxorē. Venerūtq̄ oēs ad domū
dei ī sylo ⁊ ī cōspectu ei⁹ sedētes vs
q̄ ad vesperā leuauerūt vocē ⁊ ma
gno vlulatu ceperūt flere dicētes.
Quaē dn̄e de⁹ isrl̄ factū ē hoc ma
lū populo tuo ut hodie vna trib;
auferretur ex nob.ꝛ Alteā aūt die
diluculo cōsurgētes extruxerūt al
taē. obtulerūtq̄ ibi holocausta et
pacificas victimas ⁊ dixerūt Quis
nō ascēdit in exercitū dn̄i de vniū
sis tribub⁹ israhel.ꝛ Grādi enī iu
ramento se ꝯstrinxerāt cū essent
in maspha interfici eos qui defu
issent ductiq̄ penitencia filij isra
hel super fratre suo beniamin: cepe
rūt dicere Ablata est tribus vna
de israhel. Vn̄ vxores accipient.ꝛ
Omnes enim in ꝯmune iurauim⁹
non daturos nos his filias nr̄as

Idcirco dixerūt Quis ē de vniuers
tribubus israhel q̄ non ascendit
ad dn̄m in maspha.ꝛ Et ecce inuē
ti sunt habitatores iabis galaad
ī illo exercitu nō fuisse. Eo quoq̄
tēpore cū essent in sylo nullus ex
eis ibi repertus ē. Miserūt itaq̄ de
cem milia viros robustissimos ⁊
preceperūt eis. Ite ⁊ ꝑcutite ha
bitatores iabis galaad ī ore gla
dij tā vxores q̄ꝫ paruulos eoꝝ et
hoc erit quod obseruaē debebitis
Omne geneis masculini ⁊ mulie
res que cognouerūt viros interfi
cite virgines r̄seruate. Inuēte sūt
de iabis galaad quadringēte vir
gines q̄ nescierūt viri thorum ⁊ ad
duxerāt eas ad castra in silo ī ter
rā chanā Miserūtq̄ nūtios ad fili
os beniamin q̄ erāt ī petr̄ rēmon
⁊ ꝑceperūt eis ut eos susciperēt ī pa
ce Venerūtq̄ filij beniamin ī illo tē
pore ⁊ date sūt eis vxores de filia
bus iabis galaad. alias aūt nō
repererunt quas simili modo tra
derent Vniuersusq̄ israhel valde
doluit ⁊ egit penitentiaz sup inter
fectione vnius tribus ex israhel.
dixerūtq̄ maiores natu. Quid fa
ciem⁹ reliquis qui nō acceperūt
vxores.ꝛ Omēs in beniamin femīe
ꝯciderūt ⁊ mag̃ nobis cura īgētiq̄
studio ꝓuidēdū ē ne vna trib⁹ de
leat̄ ex isrl̄. Filias eī nr̄as eis da
re nō possumus constricti iuramē
to et maledictione qua diximus
maledictus qui dederit de filiabus
suis vxorem beniamin. Ceperūt
q̄ consilium atq̄ dixerunt. Ecce
sollēnitas domini est ī sylo anni
uersaria q̄ sita ē ad septētrionē vr
bis bethel ad oriētalez plagā vie

que de bethel tendit ad sychimiā
ꝛ ad meridiez oppidi lebona. Pre
ceperūtq; filijs beniamin aiq; dix
erūt. Ite ꝛ latitate ī vineis. Cūq;
videritis filias sylo ad ducendos
choros ex more ꝓcedē: exite repēte
de vīeis ꝛ rapite ex eis singuli vx
ores singulas et ꝑgite in t̄rā beni
amin. Cūq; venerint p̄res earuz
ac frēs ꝛ adūsū vos queri ceperīt
atq; iurgari: dicem⁹ eis. Miseremī
eoꝝ. Non em̄ rapuerūt eas iure
bellantiū atq; victorū. ꝫ rogātib⁹
vt acciperēt n̄ dedistis ꝛ a vr̄a pā
te peccatū est. Fecerūtq; filij beniamin
vt sibi fuerat īperatū ꝛ iuxta
numerū suū rapuerūt sibi de hijs
q̄ ducebāt choros vxores singl'as
abieruntq; in possessionē suā edi
ficantes vrbes ꝛ hītantes in eis.
Filijq̄ isrl' reūsi sūt ꝑ tribus ꝛ fa
milias in tabernacula sua. In die
b⁹ illis nō erat rex in isrl'. ꝫ vnus
quisq; quod sibi rectū videbatur
hoc fatiebat.

Explicit liber iudicū. Inci
pit lib' ruth. Ca p̄muz ·:·

In diebus vnius iudicis qn̄ iudi
ces p̄erant facta ē fames in terra
Abijt ergo homo de bethleem iu
da: vt ꝑegrinaret̄ in regione mo
abitide cū vxore sua ac duob⁹ libe
ris. Ip̄e vocabat̄ elimelech ꝛ vx
or eius noemi ꝛ duo filij alter ma
alon ꝛ alter chelion: effratei de be
thleem iuda. Ingressiq; regionē
moabitidē morabant̄ ibi. Et mor
tuus ē elimelech maritus noemi
remāsitq; ipsa cū filijs. Qui acce
perūt vxores moabitidas: quarū
vna vocabat̄ orpha alteraq; ruth

Manserūtq; ibi decē ānis ꝛ ambo
mortui sūt maalon videlicet ꝛ che
lion: remāsitq; mulier orbata du
ob⁹ liberis ac marito. Et surrexit
vt in patriā ꝑgeret cū vtraq; nu
ru sua de regione moabitide Audi
erat em̄ q̄ respexisset dn̄s ꝓpl'z suū
ꝛ dedisset eis escas Egressa ē itaq;
de loco ꝑegrinacōis sue cū vtr̄q;
nuru ꝛ iā in via reūtendi posita ī
terram iuda: dixit ad eas. Ite in
domū mr̄is vr̄e. Faciat vobiscuz
dn̄s mīam: sic̄ fecistis cū mortuis
ꝛ mecū. Det vob' īuenire req̄ez in
domib⁹ viroꝝ q̄s sortiture estis.
Et osculata ē eas Que eleuata vo
ce flere ceperūt ꝛ dicere. Tecū ꝑge
mus ad ꝓpl'm tuū. Quib⁹ illa rn̄
dit. Reūtimini filie mi. Cur veītis
mecū. Num vltra habebo filios ī
vtero meo vt viros ex me speraē
possitis. Reūtimī filie mi ꝛ abite
Jā eī senectute ꝯfecta sū nec apta
vinculo coniugali. Etiā si possem
hac nocte ꝯcipe ꝛ parere filios: si
eos expectare velitis donec crescāt
ꝛ annos pubertatis impleāt: āte
eītis vetule q̄ nubatis Nolite q̄so
filie mi. q̄ vr̄a āgustia magis me
p̄mit ꝛ egressa ē man⁹ dn̄i cōtra
me. Eleuata igit̄ voce rursū flere ce
perūt. Orpha osculata ē socrū ac
reuersa: ruth adhesit socrui sue.
Cui dixit noemi. En reūsa ē ꝯgna
ta tua ad ꝓpl'z suū ꝛ ad deos suos:
vade cū ea. Que rn̄dit Ne aduerse
ris mihi vt relinquā te ꝛ abeam.
Quocūq; ꝑrexeris pergā ꝛ vbi mo
rata fueris et ego ꝑiter morabor.
Populus tu⁹ ꝓpl's meus et deus
tuus de⁹ me⁹. Que te terra susce
perit morientē in ea moriar: ibiq;

loc̃ actipiã sepulturẽ. Dec mihi
faciat dñs & hec addat si non sola
mors me & te sepauerit. Vidēs er
go noemi q obstinato ruth aīo
decreuisset secū pgere abūsari no
luit nec ad suos vltr reditū psua
dere. Prouectoq; sūt simul & venerūt
in bethleē Quib⁹ vrbē ingressis ve
lox apud cūctos fama pcrebruit
dicebātq; mulieres Dec ē illa no
emi. Quib⁹ ait. Ne vocetis me no
emi idest pulchra sed vocate me ma
ra idest amaram q amaritudīe
valde rpleuit me oīpotens. Egres
sa sū plena & vacuā reduxit me dñs
minus. Cur ergo vocatis me noemi
quā dñs humiliauit & afflixit oī
potēs. Veit ergo noemi cū ruth
moabitide nuru sua de terra pegri
nacōis sue ac reūsa ē i bethleē qñ
pmū ordea metebātur. Ca. ij.
Erat aūt viro elimelech osā
guineꝰ lō potēs & magnaq;
opū noīe booz. Dixitq; ruth moa
bitis ad socrū suā. Si iubes vadā
i agrū & colligā spicas q fugerint
manꝰ metētiū vbicūq; demētis i
in me pūsfamilias repetero grām
Cui illa rndit Valde filia mi. Abi
it itaq; et colligebat spicas post
tga metētiū. Accidit aūt ut ager
ille haberq; dñm noīe booz q erat
de cognacōe elimelech. Et ecce ip
se venīebat de bethleē dixitq; mes
soribq; dñs vobiscū Qui rndерunt
ei. Bñdicat tibi dñs. Dixitq; booz
iuuenī q messoribq; pērat. Cuius
ē hec puella. Cui rndit Dec ē mo
abitis q venit cū noemi de regiōe
moabitide & rogauit ut spicas col
ligerq; remanētes sequēs messoꝝ
vestigia. Et de mane vsq; nūc stat
in agro & nec ad mōmētū q̄dē do
mū reūsa ē. Et ait booz ad ruth.
Audi filia. Ne vadas in alterum
agrū ad colligēdū nec trēdas ab
hoc loco sed iūgē puellis meis & vbi
messuerint seqre Mādaui ei pue
ris meis ut nemo molestꝰ sit tibi
sed & si sitieris vade ad sarcinulas
& bibe aq̄s de q̄bꝰ & pueri mei bi
būt. Que cadēs in faciē suā & ado
rās sup terrā dixit ad eū Vñ hoc
mihi ut inuenirem grām anī oc
los tuos & nosse me dignareris pe
grinā mulierē. Cui ille rndit Nū
ciata sūt mihi oīa q fecīs socrui tue
post mortē viri tui & q̄ reliq̄ris pa
trēm tuos & trām in q̄ nata es & ve
neris ad pplm quem ātea nesci
bas. Reddat tibi dñs opꝰ tuū
& plenā mercēdē recipias a dño do
mino israēl ad quē venisti & sb eius fugisti
alas. Que ait. Inuenī grām apud
oculos tuos dñe mi q̄ consolatꝰ es
me & locutꝰ es ad cor ancille tue
q̄ nō sū simil vnꝰ puellaꝝ tuaꝝ
dixitq; ad eā booz. Cū hora vesc̄
di fuerit veni huc & comede panē &
tinge buccellā tuā i aceto. Sedit ita
q; ad messoꝝ latus & porrexit pol
tā sibi & comeditq; & saturata ē & tu
lit reliq̄as Atq; inde surrexit ut spi
cas ex more colligēt. Precepit āt
booz pueris suis dicens. Etiam si
vobiscum metere voluerit ne pro
hibeatis eā & de vestibusq; manipu
lis picite de industria & remanere
permittite ut absq; rubore colligat
& colligēdi nemo corripiat. Col
legit ergo in agro vsq; ad vespe
ram & que collegerat virga cedēs
et excutiens inuenit ordei quasi
ephi mensurā idest tres modios

quos portās reuersa ē in ciuitatē et
ostēdit socrui sue. Insup ꝓtulit ⁊
dedit ei de reliquijs cibi sui q̄ satu
rata fuerat. Dixitq; ei socrus sua.
Vbi hodie collegisti. ⁊ Et vbi feci
sti opus. ⁊ Sit bn̄dict⁹ q̄ misertus
est tui. Indicauitq; ei apud quez
essz opata ⁊ nomē dixit viri q̄ bo
oz vocaretur. Cui rn̄dit noemi. Be
nedict⁹ sit a dn̄o qm̄ eādē gratiā
quaz p̄bucāt viuis ꝑuauit ⁊ mor
tuis. Rursūq; ait. Propīquus nr̄
est hō. Et ruth hocq̄ inq̄t p̄cepit
mihi ut tādiu messorib⁹ ei⁹ iūge
rer donec om̄es segetes meterent̄
Cui dixit socrus Melius ē filia mi
ut cū puellis ei⁹ exeas ad meten
dū ne ī alieno agro q̄spiā resistat
tibi. Juncta ē itaq; puellis booz et
tādiu cū eis messuit donec ordea
⁊ triticum in horreis conderentur.

Postq̄ aūt reuersa ē Ca. iij.
ad socrū suā audiuit ab ea.
Filia mi q̄rā tibi requiē ⁊ ꝓuidebo
ut bn̄ sit tibi. Booz iste cui⁹ puel
lis ī agro iūcta es ꝓpīqu⁹ nr̄ est ⁊
hac nocte aream ordei vētilat. La
uare igit̄ ⁊ vngere ⁊ induē cultio
rib⁹ vestimētis ⁊ descēde ī aream.
Nō te videat hō donec esū potūq;
finierit. Quādo aūt ierit ad dormi
endū nota locū in q̄ dormiat. Ve
niesq; ⁊ discoopies palliū q̄ opit̄
a pte pedū et ꝓities te ⁊ ibi iacebit
Ipse aūt dicet tibi q̄d agere debe
as. Que rn̄dit. Quicq̄d p̄cepeis fa
tiā. Descēditq; ī areaz ⁊ fecit oīa q̄
sibi īpauerat socrus. Cūq; come
dissz booz ⁊ bibisset ⁊ factus esset
hilarior issetq; ad dormiendū iux̄
aceruū manipuloꝝ venit abscon
dite et discoopto a pedibus eius
pallio se ꝓiecit Et ecce nocte iā me
dia expauit homo ⁊ ꝯturbatus ē
viditq; mulierē iacētē ad pedes su
os ⁊ ait illi. Que es. ⁊ Illaq; rn̄dit
Ego sū ruth ācilla tua Expāde pal
liū tuū sup famulā tuā q̄ ꝓpīqu⁹
es. Et ille bn̄dicta inq̄t es a dn̄o fi
lia ⁊ p̄orē miseicordiā posteiori su
pasti. q̄ nō es secuta iuuenes pau
peres siue diuites. Noli g̊ metuere
sed q̄cq̄d dixeris mihi fatiaz tibi.
Scit em̄ oīs ꝓpl's q̄ habitat intra
portas vrbis mee mulierez te esse
virtutis. Nec abnuo me ꝓpīquuz
sed ē ali⁹ me ꝓpīq̄or. Quiesce hac
nocte et facto mane si te voluerit
ꝓpinq̄tatis iure retinē bn̄ res acta
est. sinaūt ille noluerit ego te abs
q; vlla dubitacōe suscipiaz viuit
dn̄s. Dormi vsq; mane. Dormiuit
itaq; ad pedes ei⁹ vsq; ad noctis
abscessum Surrexit itaq; añq̄ ho
mines se ꝯgnoscerēt mutuo et di
xit booz. Caue ne quis nouerit q̄
huc veneris. Et rursū expāde inq̄t
palliū tuū q̄ opiris ⁊ tene vtraq;
manu Qua extēdēte ⁊ tenēte men
sus ē sex modios ordei ⁊ posuit su
per eā. Que portās ingressa ē ciui
tatez ⁊ venit ad socrū suā. Que di
xit ei. Quid egisti filia. ⁊ Narrauit
q; ei oīa q̄ sibi fecissz homo. Et ait.
Ecce sex modios ordei dedit mihi ⁊
ait nolo vacuaz te reuti ad socrū
tuaz. Dixitq; noemi. Expecta filia
donec videam⁹ quez res exitū ha
beat. Neq; em̄ cessabit hō nisi con
pleuerit q̄d locut⁹ est. Ca. iiij.

Ascendit ergo booz ad portā
⁊ sedit ibi. Cūq; vidisset ꝓpī
quū p̄terire de quo p̄us ꝑmo ha
bit⁹ ē dixit ad eū Declina paulisp

⁊ sede hic vocās eū noīe suo. Qui
diuertit ⁊ sedit. Tollēs aūt booz
decē viros de sēioribz ciuitatis dix
it ad eos. Sedete hic. Quib⁹ resi
dētib⁹: locutus ē ad ꝓpīquū. Par
tē agri fratris nr̄i elimelech vēdet
noemi q̄ reuersa ē de regione mo
abitide qđ audiē te volui ⁊ tibi di
cere corā cūctis sedētibus ⁊ maio
rib⁹ natu de populo meo. Si vis
possidere iuē ꝓpinq̄tatis eme ⁊ pos
side si aūt displicet tibi hocipsum
indica mihi ut sciā quid facere de
beaz. Nullus enim ē ꝓpinquus ex
cepto te q̄ prior es ⁊ me q̄ secūd⁹
sum. At ille rn̄dit. Ego agꝝ emaz
Cui dixit booz Qn̄ emeris agrum
de manu mulieris. ruth q̄ꝫ moabi
tidē q̄ vxor defūcti fuit debes accipe
re ut suscites nomē ꝓpinqui tui in
hereditate sua. Qui rn̄dit. Cedo iu
re ꝓpinquitatis. Neq̄ enim poste
ritatē familie mee delere debeo Tu
meo vtere p̄uilegio quo me libent̄
carere ꝓfiteor. Hic āt eāt mos āti
quitus in isrl̄ int̄ ꝓpinquos ut si
qn̄ alter alteri suo iure cedebat ut
eēt firma ɔcessio soluebat hō cal
ciamētuz suū ⁊ dabat ꝓpinq̄ suo.
Hoc erat testīoniū cessiōis ī isrl̄
Dixit ergo ꝓpīquo suo booz. Tol
le calciamētū tuū. Qđ statī soluit
de pede suo. At ille maioribz natu
et vniuerso ꝓpl̄o testis vos inq̄t
estis hodie q̄ possederiz oīa q̄ fu
erūt elimelech ⁊ chelion ⁊ maalō
tra dēte noemi ⁊ ruth moabitidē
vxorē maalon in ɔiugiū sūpseriz
ut suscitē nom̄ defūcti in heredita
te sua ne vocabulū ei⁹ de familia
sua ac fratribz ⁊ ꝓpl̄o deleat̄ Vos
inquā hui⁹ rei testis estis. Rn̄dit
oīs popul⁹ qui erat in porta ⁊ ma
iores natu. Nos testes sum⁹ Faci
at dn̄s hāc mulierez q̄ ingredit̄
domū tuā sic̄ rachel ⁊ lyam q̄ edi
ficauer̄t domū isrl̄ ut sit exēpluz
virtutis ī effrata ⁊ habeat celebre
nomē in bethleem. Fiatq̄ dom⁹
tua sicut domus phares quē tha
mar peperit iude de semīe qđ tibi
dederit dn̄s ex hac puella. Tulit
itaq̄ booz ruth ⁊ accepit vxorē in
gressusq̄ ē ad eaz ⁊ dedit illi dn̄s
ut cōcipet ⁊ pareret filiū. Dixer̄t
q̄ mulieres ad noemi Bn̄dict⁹ do
min⁹ q̄ non ē passus ut deficeret
successor familie tue ⁊ vocaret̄ no
mē ei⁹ in isrl̄ ⁊ habeas q̄ ɔsoletur
aīam tuā ⁊ enutriet senectutē De
nuru enim tua natus ē q̄ te diligz
⁊ multo tibi melior ē q̄ꝫ si septem
habēs filios. Susceptūq̄ noemi
puerū posuit ī sinu suo ⁊ nutricis
ac gerule fūgebatur offitio. Vici
ne aūt mulieres ɔgratulantes ei
et dicētes natus ē fili⁹ noemi vo
cauer̄t nomē ei⁹ obed. Hic ē pat̄
ysai patris dauid. Hee sūt gn̄ati
ones phares. Phares genuit es
rom. Esrom genuit aram. araz ge
nuit aminadab. Aminadab ge
nuit nason. Nason genuit salmō
Salmō genuit booz. booz genuit
obed. Obed genuit ysai. ysai ge
nuit dauid.:.

Explicit liber Ruth.

Incipit plogus beati ieronimi In libros regum

Uiginti a duas lras ee apd hebreos · sz roqq lingua a caldeoꝝ testat que hebree magna ex pte cōsimis est · Nā a ipsi vigintiduo elemēta habēt eodē sono ꝫ diuersis caracteribꝫ · Samaritani etiaz pētateuchuz moysi totidē lris scriptitāt · figuris tm a apicibz discrepātes · Certūqz e esdraz scribā legisqz doctorē post captā ierosolimā a instauratoꝝ ez tēpli fub zorobabel alias lras reperisse quibus nūc vtimur cū ad illud vsqz tēpꝰ idē samaritano ya hebreoꝝ caracteres fuerint · In libroqz numeroꝝ hec eadē fupputatoꝝ sb leuitarū ac sacerdotū censu mistice ostēditur a nomē dñi tetragramaton iqbusdā grecis voluminibꝫ vsqz hodie antiqs expressuz lris inuenimus Sz a psalmi tricesimusseptimus a cētesimusdecimꝰ a cētesimꝰ vndecimus a centesimusdecimus octauus et cētesimusquadragesimusquartꝰ · qq̄ diuerso scribātur metro · tū eiusdem numeri terunt alphabeto · Et ieremie lamētatoēs a oratoꝝ eiꝰ salomonis qz in fine puerbia ab eo loco in quo ait · Mulierē fortē quis inuenit eisdē alphabetis vl icisiombus fupputant · Porro qnqz littere duplices apud hebreos sunt · caph · mez · nun · phe · sade Aliē ei scribunt p has pncipia medietatesqz verboꝝ aliter fines Vñ a qnqz a plerisqz libri duplices esti mant samuel · malachym · dabreyamim · esdras · ieremias cuz cynoth · id est lamētatoēmbꝫ suis · Quomō igit vigintiduo elementa fūt · p que scribim⁹ hebraice oē qd loquimur et eoꝝ imeqs vox humana oprehēditur ita vigintiduo volumina fupputant quibꝫ qsi lris a exordiis i dei doctrina tenera adhuc a lactēs viri iusti eruditur infantia · Primꝰ apd eos liber vocat brefith quē nos genesim dicimꝰ · Secūdꝰ elleſmoth q exodꝰ appellat · Tercius vagecra id est leuiticus · Qrtus vageda ber quē numeroꝝ vocamꝰ · Qntus elleaddabarim q deuteronomiū pnotat · Hiis fūt qnqz libri moysi quos ppie thoriath id est legem appellāt · Scdm pphetaꝝ ordinez faciūt a incipiunt a iesu filio naue qui apd illos iosue bennun dicitur · Deinde sb̄texunt sopthim id est iudicuz libroꝝ a in eōdem cōpingūt ruth qz in diebz iudicum facta eius narrat historia · Tercius seqtur samuel quē nos regnoꝝ primū a secūdū dicimꝰ · Quartus malachim id est reguz q tercio a qrto regnoꝝ volumine cōtinetur · Meliusqz e mlto malachī id est regū qp malacoth id est regnoꝝ dicere · Nō em multarū gētiū describit regna sedum⁹ israhelitici pli qui tribubꝫ duodecī otinet · Qntus e ysaias · Sextus ihe remias · Septimus ezechiel · Octauus liber duodecī pphetaꝝ q apd illos vocatur thareasra · Tercius ordo agiographa possidet · Et primus liber incipit ab iob · Scōs a dauid quē qnqz incisiombus et

CXXXVI

vno psalmorū volumine ꝯpͥhen
dūt. Tertiꝰ ē salomō. tres libros
hn̄s ꝓuerbia. q̄ illi ꝑabolas id ē
masloth appellāt. Qr̄tꝰ eccl̄iastē
id ē coeleth. Qn̄tꝰ est canticū cā
ticoruꝫ. quē titulo syrasyrim p̄no
tant. Sextꝰ ē daniel. Septimꝰ da
breiamin id ē v̄ba dieꝝ: qđ signi
ficantiꝰ cronicon tociꝰ diuine hi
storie possumus appellare q̄ liber
apud nos paralipomenon p̄mus
et scđs inscribit̄. Octauus esdr̄s
q̄ et ipsi similit̄ apđ grecos ⁊ lati
nos in duos libros diuisus ē. No
nus hester. Atqꝫ ita fiūt ꝑiter ve
teris legis libri vigintiduo idest
moysi q̄nqꝫ ⁊ ꝓphaꝝ octo: agio
graphoꝝ nouē. Quanq̄ nō nulli
ruth ⁊ cinoth inter agiographa
scriptitēt ⁊ hos libros ī suo putēt
numero supputādos: ac ꝑ hoc eē
p̄sce legis libros vigintiq̄tuor q̄s
sb̄ nūero vigītiq̄tuor seniorū apo
calipsꝰ iohis īducit. adorātes ag
nū ⁊ coronas suas ꝓstratis vul
tibꝰ offerentes: stantibꝰ corā q̄tu
or aīalibꝰ oculatis āte ⁊ retro id ē
in p̄teritū ⁊ in futurū respitiētibꝰ
et indefessa voce clamātibꝰ. sāctꝰ
sanctꝰ. sanctꝰ. dn̄s deꝰ oīpotens
qui erat ⁊ q̄ est et q̄ venturus est
Hic ꝓlogꝰ scripturaꝝ q̄si galeatū
p̄ncipiū: oībus libris quos de he
breo vertimꝰ in latinū ꝯuenire p̄t
vt scire valeamꝰ quicq̄d ex̄ hos
est: inter apocrapha eē ponendū
Igit̄ sapīa q̄ vulgo salomonis ī
scribit̄ et ihesu filij sirach liber et
iudith ⁊ thobias ⁊ pastor nō fūt
ī canone. Machabeoꝝ p̄mū libꝝ
hebraicū reperi. Scđs grecꝰ ē qđ
ex ipsa phrasi ꝓbari potest. Que

cū ita se habeāt: obsecro te lector.
ne laborem meū rep̄hensionē esti
mes ātiquoꝝ. In tēplo dei offert
vnꝰ quisqꝫ qđ potest. Alij aurū ⁊
argentū ⁊ lapides preciosos. alij
bissum ⁊ purpurā ⁊ coccū offert
et iacinctū. Nobiscū bene agitur
si obtulerimꝰ pelles ⁊ caprarū pi
los. Et tamen apl̄us ꝯtēptibilio
ra nr̄a magis necessaria iudicat.
Vnde ⁊ tota illa tabernaculi pul
chritudo et ꝑ singulas spēs eccl̄ie
p̄ntis futureqꝫ distinctō pellibus
tegitur ⁊ cilicijs: ardoremqꝫ solis
⁊ iniuriā imbriū: ea q̄ viliora fūt
ꝓhibēt. Lege ergo p̄mū samuel
et malachim meum. Meum inq̄
meū. Quicq̄d em̄ crebrius vertē
do ⁊ emendando sollicitius et di
dicimꝰ ⁊ tenemꝰ: nostrū ē. Et cū
intellexeris qđ ātea nesciebas vl̄
int̄pretē me estimato si gratꝰ es
vl̄ parafrasten si īgratꝰ: quanq̄
mihi omnino cōscius nō sim mu
tasse me quippiam de hebraica ve
ritate. Certe si incredulus es: le
ge grecos codices et latinos et
confer cum hijs opusculis que
nuper emendauimus ⁊ vbicūqꝫ
discrepare inter se videris: inter
roga quemlibꝫ hebreoruꝫ cui ma
gis accomodare debeas fidem ⁊
si nostra firmauerit puto ꝙ eū n̄
estimes coniectorem et in eodem
loco mecum similiter diuinarit.
Sed et vos famulas xp̄i rogo q̄
domini discumbētes preciosissima
fidei mirra vngitis caput. que ne
quaq̄ saluatorem queritis in se
pulchro. quibus iam ad patrē
christus ascendit vt contra latrā
tes canes qui aduersū me rabido

ore deseuiūt ⁊ circuiūt ciuitatem
atq; in eo se doctos arbitrant̄ si
alijs detr̄hāt oracōnum vestraꝝ
clipeos opponatis. Ego sciēs hu
militatē meā. illi⁹ sēper sētencie re
cordabor. Dixi custodiā vias me
as ut nō deliquā ī lingua. Posui
ori meo custodiā cū cōsisterꝫ pec
cator aduersū me Obmutui ⁊ hu
miliatus sū ⁊ silui de bonis.

Explicit ꝓlogus. Incipit lib̄
regum primus. Ca. i.

A Fuit vir vnus de ra
mathaim sophim
de monte ephraim
⁊ nomē ei⁹ helcha
na fili⁹ iherobaim
filij heliu. filij thut. filij suph. eu
frate⁹ ⁊ habuit duas vxores no
mē vni anna ⁊ nom̄ secūde fenen
na Fuerūtq; fenenne filij. āne āt
nō erāt liberi. Et ascendebat vir
ille de ciuitate sua statutis dieb⁹
ut adoraret ⁊ sacrificaret dn̄o ex
ercituū in silo. Erāt aūt ibi duo fi
lij heli ofni ⁊ fines sacerdotes do
mini. Venit ergo dies et imola
uit helchana deditq; fenenne vx
ori sue ⁊ cūctis filijs ei⁹ ⁊ filiabus
B ꝑtes. Anne aūt dedit partē vnaꝫ
tristis q̄ annā diligebat dn̄s āt
cōduserat vuluā ei⁹. Affligebat
q̄ eā emula eius ⁊ vehem̄ter āge
bat intr̄ntū ut exprobr̄ret q̄ dn̄s
ꝯclusissꝫ vuluā ei⁹ Sicq; fatiebat
ꝑ singulos ānos cū redeūte tēpo
re ascenderēt ad tēplū dn̄i ⁊ sic ꝓ
uocabat eā. Porro illa flebat et
nō capiebat cibuꝫ. Dixit ergo ei
helchana vir su⁹. Anna cur fles

⁊ q̄re n̄ ꝯmedis ⁊ quā ob rē affli
git̄ cor tuū. Nūq̄d n̄ ego melior ti
bi sū q̄ decē filij. Surrexit āt āna
postq̄ ꝯmedeāt ⁊ biberat in silo.
Et heli sacerdote sedēte super sellaꝫ
ante postes dom⁹ dn̄i. cū eēt āna
amaro am̄o orauit ad dominum
flens largiter ⁊ votū vouit dicēs
Dn̄e exercituū si respitiēs videris
afflictōeꝫ famule tue ⁊ recordat⁹
mei fueris nec oblitus ancille tue
dederisq; serue tue sexū virilem da
bo eum dn̄o oībus dieb⁹ vite ei⁹
⁊ nouacula nō ascēdet sup caput
ei⁹. Factū ē aūt cum illa multipli
caret preces corā dn̄o ut heli obs̄
uaret os eius. Porro āna loq̄ba
tur in corde suo tm̄q; labia eius
mouebātur ⁊ vox penit⁹ n̄ audie
bat̄. Estimauit ergo eā heli temu
lentā dixitq; ei. Vsque q̄ ebria
eris. Digē paulisꝑ vinū q̄ mades
Rn̄dēs āna nequaq̄ inq̄t dn̄e mi
Nā mulier infelix nimis ego sū vi
nūq; ⁊ omne q̄d inebriare potest
non bibi ꝫ effudi aīam meā ī cō
spectu dn̄i. Ne reputes ācillaꝫ tuā
quasi vnā de filiabus belial q̄ ex
multitudine doloris ⁊ meroris mei
locuta sum vsq; in presēs Tūc he
li ait ei. Vade in pace ⁊ deus isrl̄
det tibi peticōeꝫ tuā quaꝫ rogasti
eū. At illa dixit. Vtinā inueniat
ācilla tua gratiā in oculis tuis. Et
abijt mulier in viā suā ⁊ ꝯmedit
vultusq; illi⁹ non sūt āplius ī di
uersa mutati. Et surrexerūt mane
⁊ adorauerūt coraꝫ dn̄o reuersiq;
sūt ⁊ venerunt in domū suā rama
tha Cognouit aūt helchana an
nam vxorē suā ⁊ recordat⁹ ē eius
dn̄s. Et factū ē post circulū dieruꝫ

CXXXV

C

D

E

F.

cõcepit ãna et pepit filiũ. Vocauitq; nomẽ eius samuhel eo q; a dño postulasset eũ. Ascẽdit aũt vir eius helchana et omnis domus eius vt ymolaret dño hostiã sollemnẽ et votũ suũ et anna nõ ascẽdit. Dixit eã viro suo. Nõ vadã donec ablactet ifans et ducã eũ vt appareat ante ospectũ dñi et maneat ibi iugiter. Et ait ei helchana vir sus Fac q8 bonũ tibi videtur et mane donec ablactes eũ: pcorq; vt ipleat dñs vbuz suũ. Mãsit ergo mulier et lactauit filiũ suũ donec amoueret eũ a lacte. Et adduxit eũ secũ postq; ablactauerat i vitul'tribus et tribus modijs farine et ampłoã vini et adduxit eũ ad domũ dñi i silo. Puer aũt erat adhuc ifantulus. Et ymolauerũt vitulũ et obtulerũt pueũ heli Et ait ãna Obsecro mi dñe: viuit anima tua dñe. Ego sũ illa mlier q̃ steti corã te hic: orans dñm pro puero isto Orauit et dedit mi dñs petitiõez meam quã postulaui eũ. Idcirco et ego comodaui eũ dño cũctis diebus quib9 fuerit accomodatus dño. Et adorauerũt ibi dominuz. Et orauit anna et ait. Ca. ij.

Exultauit cor meũ in dño et exaltatũ ẽ cornu meũ in deo meo. dilatatũ ẽ os meũ sup inimicos meos: qz letata sũ in salutari tuo. Nõ ẽ sanctus vt ẽ dñs: neq; eñ est alius extra te et nõ ẽ fortis sicut deus noster. Nolite multiplicare loqui sublimia: gloriãtes Recedant vetera de ore vestro. qz deus scientiarũ dñs est et ipsi ꝑparant cogitatiões. Arcus fortiũ superatus est et infirmi accincti sũt robore

Repleti prius ꝑ panibus se locauerũt et famelici saturati sũt. Donec sterilis pepit plurimos et que multos habebat filios infirmata est. dñs mortificat et viuificat: deducit ad inferos et reducit. dñs paupem facit et ditat: humiliat et subleuat. Suscitat de puluere egenũ et de stercore eleuat paupẽ vt sedeat cũ pncipib9 et soliũ glorie teneat. dñi enim sũt cardines terre et posuit sup eos orbem. Pedes sanctorũ seruabit et impĳ in tenebris cõticescent. qz nõ i fortitudine sua roborabitur vir. dñm formidabũt adũsarĳ ei9 et super ipõs in cẽlis tonabit. dñs iudicabit fines terre et dabit imperiũ regi suo et sublimabit cornu xpi sui Et abĳt helchana in ramatha in domũ suã. Puer aũt erat mĩister in ospectu dñi ante fatiẽ heli sacerdotis. Porro filĳ heli. filĳ belial. nescientes dñm. neq; officium sacerdotũ ad populum. sed quicũq; ymolasset victimã. veniebat puer sacerdotis dum coquerent carnes et habebat fuscinulam tridentem in manu sua et mittebat eã in lebetem vel in caldariã. aut in ollam siue in cacabũ et omne q8 leuabat fuscinula: tollebat sacerdos sibi. Sic faciebant vniuerso isrl̃i. venientium in silo. Etiam anteqũ adolerent adipẽ veniebat puer sacerdotis et dicebat ymolãti. Da mihi carnem vt coquaz sacerdoti. Non enim accipiam a te carnem cocta sed crudam. Dicebatq; illi ymolans. Incendatur primũ iuxta morem hodie adeps et tolle tibi quãtumcũq; desiderat

B.

C

D.

G.

Z. A

ama tua. Qui rudens aiebat ei.
Nequaquam. Nunc enim dabo alioquin
tollam vi. Erat ergo peccatum pue
rorum grande nimis coram domino quia
detrahebant homines sacrifitio domini.
Samuel autem ministrabat ante faciem
domini puer accinctus ephot lineo. et
tunicam paruam fatiebat ei mater sua
quam afferebat statutis diebus ascen
dens cum viro suo ut immolaret ho
stiam sollemnem et votum suum. Et be
nedixit heli helcane et vxori eius di
xitque ei. Reddat tibi dominus semen de
muliere hac pro fenore quod como
dasti domino. Et abierunt in locum suum
D. Visitauit ergo dominus annam et conce
pit et pepit tres filios et duas fili
as. Et magnificatus est puer samu
el apud dominum. Heli autem erat senex
valde et audiuit omnia que faciebant
filij sui vniuerso israheli et quomodo dor
miebant cum mulieribus que obser
uabant ad ostium tabernaculi et dixit
eis. Quare facitis res huiuscemodi
quas ego audio res pessimas ab omni
populo. Nolite filij mei. Non enim est
bona fama quam ego audio ut trans
gredi faciatis populum domini. Si pecca
uerit vir in virum. placari ei potest de
us si autem in dominum peccauerit vir quis
orabit pro eo. Et non audierunt vocem
patris sui quia voluit dominus occidere eos
Puer autem samuel proficiebat atque
crescebat et placebat tam deo quam
hominibus. Venit autem vir dei ad he
li et ait ad eum. Hec dominus. Numquid
non aperte reuelatus sum domui patris
tui cum esset in egipto in domo pha
E. raonis. Et elegi eum ex omnibus tribu
bus israhel mihi in sacerdotem ut ascen
deret ad altare meum et adoleret mi
hi incensum et portaret ephot coram

me et dedi domui patris tui omnia
de sacrificijs filiorum israel. Quare cal
ce abiecistis victimam meam et mune
ra meaque precepi ut offerrentur in tem
plo et magis honorasti filios tu
os quam me. ut comederetis primitias
omnis sacrificij israel populi mei. Pro
pterea ait dominus deus israel. Loquens
locutus sum ut domus tua et domus
patris tui ministraret in conspectu meo
vsque in sempiternum. Nunc autem di
cit dominus. Absit hoc a me. Sed quicum
que honorificauerit me glorificabo
eum qui autem contemnunt me erunt ig
nobiles. Ecce dies veniunt et prescidam
brachium tuum et brachium domus
patris tui et non sit senex in domo
tua. Et videbis emulum tuum in templo
in vniuersis prosperis israel et non erit
senex in domo tua omnibus diebus
Verumtamen non auferam penitus virum
ex te ab altari meo. sed ut deficiant
oculi tui. et tabescat anima tua et pars
magna domus tue morietur cum ad vi
rilem etatem venerit. Hoc autem erit
tibi signum quod venturum est duobus
filijs tuis ophny et finees. In die
vno morientur ambo. Et suscitabo
mihi sacerdotem fidelem qui iuxta cor
meum et animam meam faciet et edifi
cabo ei domum fidelem et ambulabit
coram xpo meo cunctis diebus. Futu
rum est autem ut quicumque remanserit in
domo tua veniat ut oret pro eo et
offerat numum argenteum et tortam
panis dicatque. Dimitte me obse
cro ad vnam partem sacerdotalem
ut comedam buccellam panis. Ca. iij.
Puer autem samuel ministra
bat domino coram hely et sermo
domini erat pretiosus. In diebus illis non
erat visio manifesta. Factum est

CXXX

F.

G.

Ca. 3

A

ergo in die quadã hely iacebat i lectulo suo ⁊ oculi ei⁹ caligauerãt nec poterat vidẽ lucernã dei ãtequ extingueret. Samuel aũt dormie bat in tẽplo dñi vbi erat archa dei. Et vocauit dñs samuel. Qui rñdẽs ait. Ecce ego. Et cucurrit ad hely ⁊ dixit. Ecce ego. Vocasti em me. Qui dixit. Non vocaui te fili. Reũtere ⁊ dormi. Et abiit ⁊ dormiuit. Et adiecit dñs rursuz vocare samuel. Cõ surgẽsq samuel abiit ad hely et dixit. Ecce ego. qz vocasti me. Qui rñdit. Nõ vocaui te filimi. Reũtere ⁊ dormi. Porro sãuel necdũ sciebat dñm: neq reuelat⁹ fuerat ei ſmo dñi. Et adiecit dñs et vocauit adhuc samuel tertio. Qui surgẽs abiit ad hely ⁊ ait. Ecce ego. qz vocasti me. Intellexit ergo hely qz dñs vocaret puez ⁊ ait ad samuel. Vade ⁊ dormi ⁊ si dicẽps vocauerit te dices. Loquẽ dñe. qz audit ſuus tuus. Abiit g samuel et dormiuit i loco suo. Et venit dñs et stetit ⁊ vocauit sicut vocaueat secũdo Samuel samuel Et ait samuel. Loquẽ dñe qz audit ſuus tuus. Et dixit dñs ad samuel. Ecce ego facio vbuz in isrl qd quicũq audierit tinniẽt ambe aures ei⁹. In die illa fuscitabo aduersũ hely omnia q̃ locut⁹ sũ sup domũ ei⁹. Incipiaz et cõplebo Predixi em ei q̃ iudicaturus essez domũ ei⁹ in eternũ ꝓpt̃ iniq̃tatẽ: eo q̃ nouerat indigne agere filios suos ⁊ nõ corripuerit eos. Idcirco iurauj domui hely: q̃ nõ expietur iniq̃tas dom⁹ ei⁹ victimis ⁊ muneribus vsq in eternuz. Dormiuit aũt samuel vsq mane: aperuitq ostia domus dñi. Et samuel timebat indicare visionez hely. Vocauit g hely samuelẽ ⁊ dixit. Samuel filimi. Qui rñdens ait. Presto sũ. Et interrogauit eũ. Quis ẽ ſmo quez locutus ẽ dñs ad te. Oro te: ne celaueris me. Hec faciat tibi de⁹ et hec addat: si abscõderis a me sermonem ex omnib⁹ vbis q̃ dicta sũt tibi. Indicauit itaq ei samuel vniuersos sermones ⁊ nõ abscõdit ab eo. Et ille rñdit. dñs ẽ. Qd bonũ est in oculis suis faciat. Creuit aũt samuel ⁊ dñs erat cũ eo et nõ cecidit ex omnib⁹ vbis ei⁹ in trã Et cognouit vniuersus isrl a dan vsq bersabee: q̃ fidel samuel propheta esset dñi. Et addidit dñs vt appareret i silo. qm reuelat⁹ fuerat dñs samueli in silo iuxta verbũ dñi. Et euenit sermo samuelis vniuerso isrl.

Ca. iiij.

Et factũ est in dieb⁹ illis: congregãt philistiim in pugnã. Egress⁹ est namq isrl obuiam philistiim in plium ⁊ castrametat⁹ est iuxta lapidẽ adiutorij. Porro philistiim venerũt in affec ⁊ instruxerũt aciem cõtra isrl. Inito aũt certamine terga vertit isrl philisteis et cesa sũt in illo certamine passim p agros q̃si quatuor milia virorz Et reuersus ẽ populus ad castra dixerũntq maiores natu de isrl. Quare percussit nos dominus hodie coram philistiim. Afferam⁹ ad nos de silo archam federis domini ⁊ veniat in mediũ nostri vt saluet nos de manu inimicorz nostrorz. Misit ergo populus in silo et tulerũt inde archaz federis dñi exercituũ sedentis super cherubim.

ẽtãtq; duo filij eĩ archa federis
dñi ofny a finees. Cũq; venisset ar
cha federis dñi in castra. vociferã
t9 ẽ oĩs isrl damore grãdi et p
sonuit tra. Et audierũt philistiij
C. vocẽ damoris dixerũtq; Que naz
ẽ hec vox damoris magni in castris
hebreoz. Et cognouerũt q; archa
dñi venisset in castra timuerũtq;
philistijm dicẽtes. Venit deus in ca
stra. Et ingemuerũt dicẽtes. Ve
nob. Non eñ fuit tanta exultacõ
heri a nudiustertio? Ve nob. Quis
nos saluabit de manu deoz sblimi
tu istoru? Hij sunt dij q; percusse
D. rũt egyptum oĩ plaga in deserto
Confortamini a estote viri philis
tijm ne seruiatis hebreis sic a illi
seruierũt nobis. Cõfortami a bel
late. Pugnauerũt ergo philistijm
a cesus ẽ isrl a fugit vnusquisq;
in tabnaculũ suũ Et facta ẽ plaga
magñ nimis a ceciderũt de isrl tri
gintamilia peditũ a archa dei capta ẽ. duoq; filij heli mortui sunt
ofny a finees. Currẽs autẽ vir de
beniamin ex acie venit in silo in
E. die illa cissa veste a conspsus pul
uere caput. Cũq; ille venisset he
li sedebat sup sellaz coĩ viam ex
pectãs. Erat autẽ cor ei9 pauẽs p
archa dei Vir autẽ ille postq; in
gressus ẽ nũciauit vbi et vbula
uit oĩs ciuitas. Et audiuit heli so
nitũ damoris dixitq; Quis ẽ hic
somit9 tumult9 hui9? At ille festi
nauit a venit a nũciauit heli. He
li autẽ erat nonagintaa octo an
noz a oculi ei9 caligauerãt et vi
F. dere non poterat. Et dixit ad heli
Ego fũ qui veni de plio a ego q; de
acie fugi hodie. Cui ille ait. Quid
actum ẽ fili mi? Respondẽs autez
ille q; nũciabat fugit mãt isrl co
ram philistijm a ruina magñ feã
ẽ in populo. Insup a duo filij tui
mortui sunt ofny a finees a archa
dei capta est. Cunq; ille noiasset archã dei cecidit de sella retrorsum iuxe hostiũ a fractis ceruicib9
mortu9 ẽ. Senex eñ erat vir a grã
deu9 a ipe iudicauit isrl quadrgĩta annis. Nur9 aũt eius vxor fine
es pregnãs erat vicina q; partui
Et audito nũtio q; capta esset ar
cha dei a mortu9 esset socer suus a
vir su9 mortuauit se a pepit. Iruerant eñ in eã dolores sbiti. In ipso aũt momẽto mortis ei9 dixerũt
ei q; stabant circã eaz. ne timeas q;
filiũ pepisti. Que nõ rñdit eis ne
q; animadũtit. Et vocauit puerz
ychabod dicẽs. Trãslata ẽ gloia
dñi de isrl q; capta ẽ archa dei. Et
p socẽo suo a p viro suo ait Trãslata ẽ gloia ab isrl eo q; capta esset archa dei. Ca. v.

G.

A.

Philistijm aũt tulerũt archã
dei a asportauerũt eam a la
pide adiutorij in azotũ. Tulerũt
q; philistijm archã dei a intulerũt
eam in tẽplo dagon et statuerũt
eam iuxe dagon. Cũq; surrexissent
diluculo azotij altera die ecce da
gon iacebat pnus in terra ante archã dñi. Et tulerũt dagon a restituerũt eum in locũ suum Rursũq;
mane die altera cõsurgentes inuenerũt dagon iacẽtem sup faciem
suã in tra corã archa dñi Caput
autẽ dagon a due palme manuum eius abscise erãt sup limen:
porro dagon solus truncus remãserat in loco suo. Propter hanc

B.

causam ñ calcāt sacdotes dagon
et omēs q̄ īgrediūtur tēplū eius
sup limē dagon ī azoto vsq; ī ho
diernū diez. Aggrauata ē āt ma
C. nus dñi sup azotios ⁊ demolitus
est eos. Et pcussit ī secretiore pte
natiū azotū ⁊ fines eius ⁊ ebulli
erūt ville ⁊ agri ī medio regionis
illi⁹ ⁊ nati sūt mures et facta ē cō
fusio mortis magne in cītate. Vi
dentes āt viri ozoti huiuscemodi
plagā dixerūt. Nō maneat archa
D. dei isrl' ap8 nos: qm̄ dura ē man⁹
ei⁹ sup nos et sup dagon deū no
strū. Et mittentes cōgregauerūt
omēs satrapes philistinoꝝ ad se
et dixerūt. Quid fatiem⁹ de archa
dei israhel. Rñderuntq; gethei Cir
E. cūducat archa dei israhel. Et circū
duxerūt archā dei israhel. Illis āt
circūducentib⁹ eā. fiebat manus
dñi dei sup singulas ciuitates int
fectionis magne nimis et pcucie
bat viros vniuscuiusq; vrbis a
paruo vsq; ad maiorē et cōputre
scebant pminētes extales eoruz
Inierūtq; gethei ɔsiliū ⁊ fecerunt
sibi sedes pelliceas. Miserūt ergo
F. archam dñi ī accharon Cūq; ve
nisset archa dñi dei ī accharon: ex
clamauerūt accharonite dicentes
Adduxerūt ad nos archam dei
isrl' vt interfitiat nos ⁊ pplm no
strū. Miserūt itaq; ⁊ ɔgregauerūt
omēs satrapas philistinoꝝ Qui
dixerūt. Dimittite archā dei isrl'
G. et reuertat in locū suū vt nō īter
fitiat nos cū pplo nostro. Fiebat
em̄ pauor mortis ī singulis vrbi
bus ⁊ grauissima manus dñi dei
Viriquoq; qui mortui nō fuerāt
percutiebantur in secretiori parte
natiū et ascēdebat vlulatus vni⁹
cuiusq; cītatis ī celū. Ca. vi.

Fuit ergo archa dñi in regi
one philistinoꝝ septē mēsi
bus. Et post hec vocauerūt phili
stijm sacerdotes ⁊ diuinos dicen
tes. Quid fatiemus de archa dei.
Indicate nobis: quomodo remit
tamus eā in locū suū. Qui dixerūt
Si remittitis archā dei isrl' nolite
dimittere eā vacuā. ꝑ q8 debetis
ei: reddite p peccato et tūc curabi
mini et scietis q̄re nō recedat ma
nus ei⁹ a vobis. Qui dixerūt. Quid
est q8 pro delicto reddē debeam⁹
ei. Rñderuntq; illi. Juxta numeꝝ
puītiarū philistinorū q̄nq; anos
aureos fatietis ⁊ q̄nq; mures au
reos: qꝛ plaga vna fuit omnib⁹
vob ⁊ satrapis vestris Fatietisq;
similitudines anoruz vestroꝝ ⁊ si
militudines muriū q̄ demoliti sūt
terrā ⁊ dabitis deo israhel gloriā
si forte releuet manū suā a vobis
et a dijs vestris et a terra vestra
Quare grauatis corda vestra sic
aggrauauit egiptus et pharao
cor suū. Nonne postq̄ pcussus ē
tūc dimisit eos ⁊ abierūt. Nunc
ergo arripite ⁊ facite plaustrum
nouū vnū ⁊ duas vaccas fetas
quibus nō est impositū iugū iun
gite in plaustro et recludite vitu
los earuz domi. Tolletisq; archā
dñi ⁊ ponetis in plaustro ⁊ vasa
aurea que exoluistis ei p delicto
ponetis in capsellā ad latus eius
⁊ dimittite eam vt vadat et aspi
tietis. Et si quidem per viam fini
um suorum ascenderit contra be
thsames ipse fecit nobis hoc ma
lū grāde. sinautē minime: sciem⁹

qꝛ nequaq̄ manꝰ eiꝰ tetigit nos.
sed casu accidit. Fecerūt ergo illi
hoc modo ⁊ tollentes duas vac
cas que lactabāt vitulos iūxe
runt ad plaustꝝ vitulosq̄ earuꝫ
ꝯduserūt domi Et posuerūt archā
dei sup plaustꝝ ⁊ capsellam q̄ hē
bat mures aureos ⁊ similitudīeꝫ
anoꝝ. Ibant autē in directuꝫ vac
ce per viam q̄ ducit betsames et
itinere vno ḡdiebant pgētes et
mugiētes ⁊ non declinabāt neq̄
ad dextrā neq̄ ad sinistrā. Sed ⁊
satrape philistijm seq̄bantur vs
q̄ ad terminos betsames. Porro
betsamite metebant triticuꝫ ī val
le. Et eleuātes oculos suos vide
runt archam ⁊ gauisi sūt cū vidis
sent. Et plaustꝝ venit in agrū io
sue betsamite ⁊ stetit ibi. Erat aūt
ibi lapis magnꝰ Et cōciderunt lig
na plaustri vaccasq̄ imposuerūt
sup ea holocaustū dño. Leuite āt
deposuerūt archaꝫ dei ⁊ capsellaꝫ
que erat iux̄ eā in qua erāt vasa
aurea ⁊ posuerūt sup lapidē gran
dē Viri āt betsamite obtulerūt ho
locausta ⁊ imolauerūt victimas
ī die illa dño. Et qn̄q̄ satr̄pe phi
listinoꝝ viderūt ⁊ reuersi sūt ī ac
charon die illa. Hij sūt autē ani
aurei quos reddiderūt philistijm
ꝑ delicto dño. Azotus vnū. gaza
vnū. aschalon vnū. geth vnuꝫ.
accharon vnuꝫ ⁊ mures aureos
ꝑm numerū vrbiū philistijm qn̄
q̄ ꝓuintiaꝝ ab vrbe murata vsq̄
ad villā que erat absq̄ muro ⁊
vsq̄ ad abel magnū. sup quē po
suerūt archā dñi q̄ erat vsq̄ ī illa
die ī agro iosue betsaītis. Percus
sit autē dñs de viris betsamitibꝰ
eo q̄ vidissent archā dñi ⁊ ꝑcus
sit de ꝓplo septuagīta viros ⁊ qn̄
quagītamilia plebis. Luxitq̄ po
pulꝰ eo q̄ dñs ꝑcussissꝫ plebē pla
ga magna. Et dixerūt viri betsaī
te. Quis poterit stare in cōspectu
dñi dei sācti huiꝰ. Et ad quē ascē
det a nobis. Miserūtq̄ nuncios
ad hītatores cariathiarim dicen
tes. Reduxerūt philistijm archā
dñi descēdite ⁊ reducite eā ad vos.

Venerūt ergo Ca. vij.
viri cariathiarim ⁊ reduxe
rūt archā dñi ⁊ intulerūt eam in
domū aminadab in gabaa. Elea
zaꝝ autē filiū eius sāctificauerūt
ut custodiret archā dñi. Ed fcm̄ ē
ex q̄ die māsit archa dñi in caria
thiarim multiplicati sūt dies Eāt
quippe iā ānus vicesimꝰ. Et req̄e
uit ōnis domꝰ isrl̄ post dñm. Ait
autē samuel ad vniūsam domuꝫ
isrl̄ dicens. Si ī toto corde vestro
reuertimini ad dñm auferte deos
alienos de medio vrm̄ baalim ⁊
astaroth ⁊ prepāte corda vr̄a do
mino ⁊ seruite ei soli ⁊ eruet vos
de manu philistijm. Abstulerūt
ergo filij isrl̄ baalim ⁊ astaroth
⁊ ꝑuierunt dño soli. Dixit autem
samuel. Cōgregate vniūsum isrl̄
in masphat ut orem ꝑ vob̄ dñm
Et ꝯuenerūt in masphat. Hause
runtq̄ aquā ⁊ effuderūt ī ꝯspcū
dñi ⁊ ieiunauerūt in die illa ⁊ dix
erunt. Tibi peccauimꝰ dñe. Judi
cauitq̄ samuel filios isrl̄ in mas
phat. Et audierunt philistijm q̄
ꝯgregati eēnt filij isrl̄ ī masphat
⁊ ascēderunt satrape philistinoꝝ
ad isrl̄. Quod cuꝫ audissent filij
isrl̄ timuerūt a facie philistinoꝝ

tenui et occidi eū in sicelech cui
oportebat me mercedē dare p̄ nū
cio. Quanto magis nūc cū hoīes
impij interfecerūt virū innoxum
in domo sua sup̄ lectū suū nō que
rā sāguinē eius de manu vr̄a et
auferā vos de t̄ra. Precepit itaq;
dauid pueris suis et interfecerūt
eos: p̄cidentesq; manus et pedes
eoꝝ suspenderūt eos sup̄ piscinaꝫ
in hebron Caput aūt hisboseth
tulerūt et sepelierunt in sepulcro
abner in hebron

Ca. v.

Et venerūt vniūse trib⁹ isrl̄
ad dauid in hebron dicētes
Ecce nos os tuū ⁊ caro tua sumus
Sed ⁊ heri et nudiustercius cum
essꝫ saul rex sup̄ nos tu eras edu
cens et reducēs israhel Dixit autē
dn̄s ad te Tu pasces p̄pl̄m meū
israhel et tu eris dux sup̄ israhel.
Venerūtq̄ ⁊ seniores israhel ad
regē in hebron ⁊ p̄cussit cū eis rex
dauid fedus in hebron corā dn̄o
vnxerūtq; dauid in regē sup̄ isrl̄
Filius triginta ānoꝝ erat dauid
cū regnare cepisset et q̄draginta
annis regnauit In hebron regna
uit sup̄ iudam septē annis et sex
mensibus. in iherusalem autē re
gnauit trigintatrib⁹ annis sup̄
omnē israhel et iudā. Et abijt rex
⁊ om̄es viri q̄ erāt cū eo ī iherusa
lem ad iebuseū habitatorē terre
Dictūq; est dauid ab eis Non in
gredieris huc n̄ abstuleris cecos
et claudos dicentes Non ingredi
et̄ dauid huc Cepit autē dauid
arcē syon: hec est ciuitas dauid.
Proposuerat em̄ dauid ī die illa
p̄miū: q̄ p̄cussisset iebuseū et teti
gisset domatū fistulas ⁊ abstulis
set cecos ⁊ claudos odiētes aīam
dauid Idcirco dicit̄ in p̄uerbio
Cecus et claudus nō intrabunt
in tēplū Habitauit aūt dauid in
arce syon ⁊ vocauit eā ciuitatem
dauid ⁊ edificauit p̄ giꝝ a mello

ꝛ intrinsecus Et egrediebat̄ ꝓficiens atq; succrescēs ꝛ dominꝰ deus exercituū erat cū eo. Misitquoq; hirā rex tiri nuncios ad dauid ꝛ ligna cedrina ꝛ artifices lignorū artificesq; lapidū ad parietes et edificauerūt domū dauid Et cognouit dauid quoniā cōfirmassꝫ eū dominꝰ regeꝫ sup isrl̄ ꝛ quoniam exaltassꝫ regnum eius sup populū suum isrl̄. Accepit ergo dauid adhuc ꝯcubinas ꝛ vxores de iherusaleꝫ. postq̄ veneāt de hebrō Natiq; sūt dauid ꝛ alij filij ꝛ filie ꝛ hec nomīa eorū qui nati sūt ei ī iherusaleꝫ. Samua ꝛ sobab ꝛ nathan ꝛ salomō ꝛ ibaar ꝛ helisua ꝛ nepheg ꝛ iaphia ꝛ helisama et helida ꝛ helifeleth. Audierūt ergo philistijm q̄ vnxissent dauid in regē sup isrl̄ ꝛ ascēderēt vniuersi ut quererēt dauid. Qd̄ cum audissꝫ dauid: descēdit in presidiuꝫ. Philistijm aūt venientes diffusi sūt in valle raphaim. Et cōsuluit dauid dn̄m dicēs. Si ascendā ad philistijm ꝛ si dabis eos ī manu mea. Et dixit dn̄s ad dauid. Ascēde: q̄ tradēs dabo philistijm ī manu tua. Venit ergo dauid ad baalpharasim ꝛ percussit eos ibi ꝛ dixit. Diuisit dn̄s inimicos meos corā me. sicut diuidūtur aq̄. Propterea vocatū ē nomē loci illiꝰ baalpharasim. Et reliq̄rūt ibi sculptilia sua: q̄ tulit dauid ꝛ viri eius Et addiderūt adhuc philistijm ut ascēderent ꝛ diffusi sūt ī valle raphaim. Cōsuluit auteꝫ dauid dn̄m. Si ascēdā cōtra philisteos ꝛ tradas eos ī manꝰ meas. Qui rn̄dit. Nō ascendas ꝯtra eos sed gira post tergū eoruꝫ ꝛ venies ad eos ex adūso piroꝝ. Et cū audieris sonitū gradiētis in cacumine piroꝝ nūc inibis p̄liū. q̄ tūc egredieť dn̄s an̄ faciē tuā: ut ꝑcuciat castr̄ philistijm Fecit itaq; dd̄ sicut p̄cepat ei dn̄s ꝛ ꝑcussit philistijm de gabaa vsq; dū venias ge

Congregauit Ca. vi. zer. aūt rursū dd̄ oēs electos ex isrl̄ triginta milia. Surrexitq; dd̄ ꝛ abijt ꝛ vniūsus populus q̄ erat cū eo de viris iuda ut adducerēt archā dei: super quā inuocatum ē nomē domini exercituū sedētis in cherubim sup eam. Et imposuerūt archā dei sup plaustrum nouuꝫ. Tuleruntq; eam de domo aminadab qui erat in gabaa. Osa autē ꝛ haio filij aminadab minabāt plaustrum nouū. Cūq; tulissent eam de domo aminadab qui eāt in gabaa custodiens archā dei. haio precedebat archā dei. dauid autem ꝛ omnis israhel ludebant corā domino: in ōnibus lignis fabrefactis ꝛ citharis ꝛ liris et tīpanis ꝛ sistris et cimbalis. Postq̄ autē venerūt ad areaꝫ nachor extendit osa manū ad archā dei et tenuit eam. quoniā calcitrabant boues et declinauerūt eam. Iratusq; est indignacōe dominꝰ contra osam ꝛ percussit eum sup temeitate qui mortuꝰ est ibi iuxta archā dei. Cōtristatꝰ ē āt dauid eo q̄ ꝑcussissꝫ dn̄s osā ꝛ vocatū ē nomē loci illiꝰ ꝑcussio osa vsq; ī diem hāc. Et extimuit dd̄ dn̄ꝫ ī die illa dicens Qūo īgredietur ad me archa dn̄i. Et noluit diūtē ad se archā dn̄i in ciuitatē dd̄ ꝫ diuertit

eam in domū obededom gethei. Et
habitauit archa dñi ī domo obe
dedom gethei tribus mensib⁹. et
benedixit dñs obededom et om̄ez
domū ei⁹ Nūciatūq; ē regi dauid
q̄ bñdixiss; dñs obededom et oīa
eius ꝓpter archaz dei. Dixitq; da
uid. Ibo et reducā archā cū bene
dictione ī domū meā. Abijt ergo
dauid et adduxit archā dei de do
mo obededom in ciuitatem dauid
cū gaudio. ⁊ erāt cū dauid septē
chori et victima vituli. Cūq; trā
scendissent q̄ portabāt archā dñi
sex passus ymolabant bouem et
ouē ⁊ arietē et dauid ꝑcutiebat ī
organis et saltabat totis virib⁹
ante dñm Porro dauid erat acci
ctus ephot lineo ⁊ dauid ⁊ om̄is
domus israhel ducebāt archaz te
stamēti dñi in iubilo ⁊ in clango
re buccine Cunq; intrass; archa
dñi in cītatez dauid: michol filia
saul ꝓspiciēs ꝑ fenestrā: vidit re
gē dauid subsilientē atq; saltātē
corā dño et despexit eū ī corde suo
Et introduxerūt archā dñi et im
posuerūt eaz in loco suo in medio
tabernaculi q̄d tetēderat ei dauid
⁊ obtulit dauid holocausta corā
dño et pacifica Cūq; ꝯplesset of
ferens holocausta ⁊ pacifica: bñ
dixit ꝓpl'o ī nomīe dñi exercituū
⁊ partitus ē multitudini vniuerse
israhel tā viro q̄ mulieri singulis
colliridā panis vnā et assaturaz
bubale carnis vnā ⁊ similā frixā
oleo Et abijt oīs ꝓpl's vn⁹ q̄sq; in
domū suā Reuersusq; ē dauid vt
bñdiceret domui sue et egressa mi
chol filia saul in occursū dd. ait.
Quā gl'osus fuit hodie rex israhel
discooperiens se añ ācillas ꝑuoꝝ
suoꝝ et nudatus ē quasi si nudet
vn⁹ de scurris. Dixitq; dauid ad
michol Viuit dñs quia ludā āte
dñm qui elegit me potius q̄ prez
tuū ⁊ q̄ omnē domū eius ⁊ prece
pit m̄ vt essem dux sup populuz
dñi ī israhel Et ludā ⁊ vilior fiam
q̄ factus sū ⁊ ero humilis ī oculis
meis et cū ancillis de quib⁹ locu
ta es gl'osior apparebo. Igitur mi
chol filie saul nō ē nat⁹ fili⁹ vsq;
in diem mortis sue Ca. vij.

Factū est autē cū sedisset rex
in domo sua et dñs dedisset
ei requiē vndiq; ab vniuersis ini
micis suis: dixit ad nathā ꝓphe
tam Videsne q̄ ego habitē in do
mo cedrina et archa dei posita sit
in medio pelliū. Dixitq; nathan
ad regē. Omne q̄d ē in corde tuo
vade fac q̄ dñs tecū ē Factū ē au
tem in illa nocte et ecce ꝑmo dñi
ad nathan dicēs Vade ⁊ loquē
ad seruū meum dauid Hec dicit
dñs Nūquid tu edificabis mihi
domū ad habitandū. Neq; enim
habitaui in domo ex die illa qua
eduxi israhel de terra egipti vsq; ī
diem hanc ꝫ ambulabā in taber
naculo et in tentorio ꝑ cūcta loca
q̄ trāsiui cū omnib⁹ filijs israhel.
Nunq̄d loquēs locut⁹ sū ad vnā
de tribub⁹ israhel cui p̄cepi vt pa
sceret ꝓpl'm meū israhel dicēs: q̄re
nō edificasti mihi domū cedrinaz
Et nūc hec dices ꝑuo meo dauid
Hec dicit dñs exercituū Ego tuli
te de pascuis sequentē greges vt
esses dux sup ꝓpl'm meū israhel ⁊
fui tecū in omnib⁹ vbicunq; am
bulasti ⁊ int'feci vniūsos ī inimicos

tuos a facie tua: feciq; tibi nomē
grande iuxta nomen magnoꝝ q̄
sūt in terra. Et ponā locum popu
lo meo israhel ⁊ plantabo eum et
habitabo cū eo ⁊ nō turbabitur
āplius: nec addēt filij iniquitatis
ut affligāt eum sicut prius ex die
q̄ cōstitui iudices sup populū me
um israhel. Et requiē dabo tibi ab
ōnibus inimicis tuis: predicitq;
tibi dominꝰ. ꝙ faciat tibi dominꝰ
domū. Cūq; cōpleti fuerint dies
tui ⁊ dormieris cum pr̄ibus tuis:
suscitabo semē tuū post teqd̄ egre
dietur de vtero tuo ⁊ firmabo reg
nū eius. Ipse edificabit domū no
mini meo ⁊ stabiliā thronū r̄gni
eius vsq; in sēpiternū. Ego ero ei
in prēm ⁊ ipse erit mihi in filiuz.
Qui si inique aliquid gesserit. ar
guā eum in virga viroꝝ ⁊ in pla
gis filioꝝ hominū Misericordiaz
autē meā nō auferam ab eo: sicut
abstuli a saul. quē amoui a facie
mea. Et fidelis erit domꝰ tua ⁊ reg
nū tuum vsq; in eternū añ faciez
meā ⁊ thronꝰ tuus erit firmꝰ in
giter. Scd̄m ōnia verba hec ⁊ iux
ta vniūsā visionē istā. sic locutus
est nathā ad dauid. Ingressus ē
autem rex dauid ⁊ sedit coraz do
mino ⁊ dixit. Quis ego sum domi
ne deꝰ ⁊ que domꝰ mea. q̄ addux
isti me hucusq;. Sed ⁊ hoc parū
visū est in cōspectu tuo dn̄e deꝰ ni
si loquēris etiā de domo serui tui ī
lōginquū. Ista est enim lex adaz
domine deus. Quid ergo addere
poteit adhuc dauid ut loquatur
ad te. Tu enim scis seruū tuū do
mine deꝰ. Propter verbum tuū ⁊
scd̄m cor tuuz fecisti ōnia magna
lia hec. ita ut notuz faceres seruo
tuo Idcirco magnificatus es dn̄e
deꝰ. quia nō est similis tui: neq; ē
deus extra te in omnibus que au
dinimꝰ auribus nostris Que est
autez ut populus tuꝰ israhel gēs
in terra propter quā iuit deꝰ ut r̄
dimeret eā sibi in populuz ⁊ pone
ret sibi nomen faceretq; eis mag̃
lia ⁊ horribilia super terrā. a facie
populi tui quem redemisti tibi ex
egypto. gentem ⁊ deuz eius. Fir
masti enim tibi populuz tuū isra
hel in populū sempiternū ⁊ tu do
mine deus factus es eis in deum.
Nūc ergo domine deus verbū qd̄
locutus es super seruum tuū ⁊ su
per domum eius suscita in sempit̄
nuz ⁊ fac sicut locutus es ut mag̃
ficetur nomē tuum vsq; in sempi
ternū atq; dicatur. Dominꝰ deus
exercituū deus super israhel. Et do
mꝰ ꝑui tui dauid erit stabilita co
rā domino. quia tu domīe exercituū
deꝰ isrl̄ reuelasti aurem ꝑui tui di
cēs. domū edificabo tibi: ꝓpt̄ea in
ueīt ꝑuꝰ tuꝰ cor suū ut oraz te oā
cōe hac. Nūc g̊ dn̄e deꝰ tu es deꝰ:
⁊ v̄ba tua erūt vera Locutꝰ es em̄
ad seruū tuū bona hec. Incipe g̊ ⁊
bn̄dic domui serui tui ut sit ī sēpi
ternū corā te. q̄ tu dn̄e deꝰ locutꝰ
es: bn̄dictiōe tua bn̄dicet̄ domꝰ ꝑ
ui tui in sēpiternū. Ca. viij.

Factū ē āt ptꝰ hec ꝑcussit dd̄
philistijm ⁊ hūiliauit eos ⁊
tulit dd̄ frenū tributi de māu phi
listijm ⁊ ꝑcussit moab ⁊ mēsus ē
eos funiculo coequās terre. Mē
sus ē āt duos funicl̄os vnū ad oc
cidēdū ⁊ vnū ad viuificād̄. Factꝰ
q̄ ē moab dd̄ seruiēs sb̄ tributo

Et percussit dauid adadezer filium
roob regē soba quādo ꝓfectus ē
vt dñaret sup flumē eufraten. Et
captis dauid ex pte ei⁹ millesep
tingentis eq̄tibus et viginti mili
bus peditū: subneruauit omnes
iugales curuū Dereliquit aūt ex
eis centū curr⁹. Venitq̄ siria da
masci vt p̄sidiuz ferret adadezer
regi soba et percussit dauid de siria
vigītiduo milia viroꝝ ⁊ posuit dd
p̄sidiū in siria damasci: factaq̄ ē
syria dauid seruiēs sub tributo.
Seruauitq̄ dñs dauid in om̄ib⁹
ad quecūq̄ ꝓfectus ē Et tulit da
uid arma aurea q̄ habebāt serui
adadezer et detulit ea in iherusalē
Et de bethe et de berothciuitatib⁹
adadezer tulit rex dauid es multū
nimis de q̄ fecit salomon omnia
vasa erea in tēplo et mare eneuz
et colūnas et altare Audiuit aūt
thou rex emath q̄ percussisset da
uid om̄e robur adadezer Et misit
thou ioram filiuz suū ad regē da
uid vt salutaret eū cōgratulans
et grās ageret eo q̄ expugnassz
adadezer ⁊ percussisset eū Hostis
quippe erat thou adadezer. Et in
manu eius erāt vasa aurea ⁊ va
sa argentea et vasa erea q̄ et ipē
sanctificauit rex dauid dño cū ar
gento et auro q̄ sāctificauerat de
vniuersis gētib⁹ q̄s subegerat de
siria et moab et filijs ammon et
philistijm ⁊ amalech ⁊ de manu
bijs adadezer filij roob regis so
ba Fecitq̄ sibi dauid nomē cum
reuerteret capta syria in valle sa
linarū cesis decē et octo milib⁹ et
in gebelē ad vigītitria milia ⁊ po
suit ī ydumea custodes: statuitq̄
p̄sidiū Et facta est vniuersa ydu
mea seruiens dauid et seruauit
dñs dauid in om̄ib⁹ ad quecūq̄
profect⁹ ē Et regnauit dauid sup
omnez israhel: faciebatq̄ dauid
iudiciū et iusticiā om̄i ꝓplo suo.
Ioab autē filius saruie erat sup
exercitū: porro iosaphat fili⁹ ach
ilud erat acomentarijs ⁊ sadoch
filius achitob ⁊ achimelech fili
us abiathar erāt sacerdotes ⁊ sa
raias scriba: banamias autē fili⁹
ioiade sup cherethi ⁊ felethi Filij
autē dauid sacerdotes erāt. Et di
xit dauid Putasne ē aliquis qui
remanserit de domo saul vt faciā
cū eo miscdiaz ꝓpter ionathan.

Ca. ix.

Erat aūt de domo
saul seruus noīe siba Quez
cū vocasset rex ad se: dixit ei. Tu
ne es siba. Et ille rñdit Ego sum
seru⁹ tu⁹ Et ait rex. Nūq̄d supest
aliq̄s de domo saul vt faciā cū eo
misericordiaz dei. Dixitq̄ siba re
gi Supest filius ionathe debilis
pedibus Vbi inquit est. Et siba
ad regē Ecce ait ī domo ē machir
filij amihel in lodabar Cū aūt ve
nisset miphiboseth fili⁹ ionathe
filij saul ad dauid: corruit ī faciez
suā ⁊ adorauit Dixitq̄ dauid. Mi
phiboseth. Qui rñdit. Assum ser
uus tu⁹. Et ait ei dauid Ne time
as q̄ faciens faciā in te misericor
diā ꝓpter ionathan p̄rem tuū et
restituā tibi om̄es agros saul pa
tris tui et tu comedes panez ī mē
sa mea semp Qui adorans euz di
xit Quis ego sū ꝑuus tuus q̄m re
spexisti sup canē mortuū sil'ez mei
Vocauit itaq̄ rex sibam pueruz
saul et dixit ei. Omnia quecunq̄

fuerūt saul ⁊ vniuersā domū ei⁹
dedi filio domini tui. Operare igit̄
ei terram tu ⁊ filij tui ⁊ serui tui: ⁊
inferes filio dñi tui cibos ut alat̄
Miphiboseth aūt filius dñi tui
comedet sēp panem super mēsaz
meā. Erant aūt sibe quindecim fi
lij ⁊ viginti serui. dixitq; siba ad
ēgem. Sicut iussisti dñe mi rex ser
uo tuo. sic faciet seru⁹ tuus. Et mi
phiboseth comedet super mēsam
meaz q̄si vn⁹ de filijs regis. Habe
bat autē miphiboseth filiū puu
lum noīe micha. Omnis vero cog
natio dom⁹ sibe seruiebat miphi
boseth. Porro miphiboseth habi
tabat in ierusalez. qr de mēsa re
gis iugiter vescebat̄ et erat clau
dus vtroq; pede. Ca. x.

Factum est autē post hec. ut
moreret̄ rex filiorum āmon ⁊
regnauit anon filius ei⁹ pro eo.
dixitq; dauid. Faciā misericordi
am cū anon filio naas. sicut fecit
pr̄ eius mecū misericordiā. Misit
ergo dauid cōsolans eum per ser
uos suos super pr̄is interitu. Cum
aūt venissent serui dauid in terrā
filiorum āmon. dixerūt pncipes
filioꝝ āmon ad anon dñm suum.
Putas q; propter honorem pr̄is
tui miserit dauid ad te cōsolato
res ⁊ nō idō ut te inuestigaz ⁊ ex
ploraret ciuitatem ⁊ euerteret eā
misit dauid seruos suos ad te.
Tulit itaq; anon seruos dauid.
rasitq; dimidiā ptem barbe eorū
⁊ pscidit vestes eoꝝ medias vsq;
ad nates ⁊ dimisit eos. Rō cū nū
ciatum esset dauid misit in occur
sum eorum. Erant enim viri confu
si turpiter valde. Et mādauit eis
dauid. Manete in iherichō donec
crescat barba vestra ⁊ tūc reuerti
mini. Videtes autez filij āmon q;
iniuriā fecissent dauid: miserūt ⁊
conduxerūt mercede syrū roob ⁊
syruz soba viginti milia peditum ⁊
a rege maacha mille viros ⁊ ab
histob duodecim milia virorū. Rō cuz
audisset dauid: misit ioab ⁊ ōnē
exercitū bellatoꝝ. Egressi sūt & filij
āmon ⁊ direxerūt aciez ante ipsū
introitū portē. Syrus aūt soba et
roob ⁊ histob ⁊ maacha seorsuz
erant in campo. Videns ergo ioab
q; preparatum esset aduersuz se p
lium ⁊ ex aduerso ⁊ post terguz
elegit sibi ex ommib⁹ electis istra
tel ⁊ instruxit aciez cōtra syrū. reli
quā autez ptem populi tradidit
abisai fratri suo. Qui direxit aciē
aduersum filios āmon. Et ait io
ab. Si preualuerint aduersū me
syri: eris mihi in adiutoriū. si āt fi
lij āmon pualuerint aduersum te:
auxiliabor tibi. Esto vir fortis et
pugnem⁹ pro populo nostro ⁊ ci
uitate dei nostri. Dominꝰ autē fa
ciet qd̄ bonum est in cōspectu suo.
Iniit itaq; ioab ⁊ populus q̄ erat
cū eo certamē cōtra syros qui sta
tim fugerūt a facie eius. Filij aūt
āmon videntes quia fugissent sy
ri: fugerunt ⁊ ipsi a facie abisai ⁊
ingressi sunt ciuitatem. Reuersus
q; est ioab a filijs āmon et venit
ihrl̄z. Videtes igr filij āmon qm̄
syr⁹ expauit ⁊ qm̄ corruisset coraz
isrl̄ congregati sūt pit̄. Misitq; ada
dezer ⁊ eduxit syros q̄ erāt trāsflu
uiū ⁊ adduxit eoꝝ exercitū Sobach
āt mgr̄ militie adadezer erat pn̄
ceps eoꝝ. Quod cū nūciatuz esset

dauid cōtraxit om̄em israhelem
et transiuit iordanē venitq; in he
lam. Et direxerūt aciē siri ex aduerso
dauid et pugnauerūt ɔtra israhel
Fugerūtq; siri a facie israhel ⁊ oc
cidit dauid de siris septingentos
currus ⁊ q̄draginta milia equitū
et sobach prīcipē milicie ꝑcussit
qui statim mortuus ē. Videntes
aūt vniuersi reges q̄ erāt in p̄sidio
adadezer se victos ab israhel: ex
pauerūt ⁊ fugerūt quinq̄ginta ⁊
octomilia corā israhel. Et fecerūt
pacē cū israhel ⁊ ꝑuierūt eis. timu
erūtq; siri auxilium prebere filijs
ammon

Ca. xi.

Factū est autē vertēte anno
eo tp̄e quo solent reges ad
bella ꝓcedere misit dauid ioab. ⁊
ꝑuos suos cū eo ⁊ vniuersū israhel
et vastauerūt filios ammō ⁊ obse
derūt rabba. Dauid āt remansit
in ihrl'm. Dum hec agerent̄ acci
dit quadā die vt surgēt dauid de
stratu suo post meridiem ⁊ deam
bulabat in solario domus regie
viditq; mulierē se lauantē ex ad
uerso sup̄ solariū suū Erat autē
mlier pulchra valde. Misit ergo
rex et req̄siuit q̄ esset mulier Nun
ciatūq; ē ei ꝙ ipsa esset bethsabee
filia heliā vxor vrie ethei. Missis
itaq; dauid nūcijs: tulit eā. Que
cū ingressa esset ad illū: dormiuit
cū ea Statimq; sāctificata ē ab im
mundicia sua et reuersa ē ī domū
suā ɔcepto fetu Mittensq; nūcia
uit dauid et ait. Concepi. Misit
autē dauid ad ioab. dicens. Mit
te ad me vriā etheū Misitq; ioab
vriā ad dd̄ Et veīt vrias ad dd̄ q̄
siuitq; dd̄ q̄ rcē agēt ioab ⁊ ꝓpl's
et q̄uo āministraret̄ bellū Et dixit
dauid ad vriam. Vade in domuz
tuā et laua pedes tuos. Et egressꝰ
est vrias de domo regis: secutusq;
ē eū cibus regius. Dormiuit autē
vrias ante portā domus regie cū
alijs seruis dn̄i sui et nō descēdit
ad domū suā Nūciatūq; ē dauid
a dicētibus Non iuit vrias in do
mū suā Et ait dauid ad vriaz Nū
q̄d nō de via veīsti. Quare n̄ descē
disti ī domū tuā. Et ait vrias ad
dauid Archa dei ⁊ israhel ⁊ iuda
habitant in papilionibꝰ et dn̄s
meus ioab et ꝑui dn̄i mei sup̄ faci
em terre manēt et ego ingrediar
domū meā vt ɔmedā et bibaz et
dormiā cū vxore mea. Per salutē
tuā et ꝑ salutē anime tue nō faci
am rem hāc Ait ergo dauid ad
vriam Mane hic etiam hodie et
cras dimittā te Mansit vrias in
iherusalē in die illa et altera ⁊ vo
cauit eū dauid vt ɔmederet corā
se et biberet ⁊ inebriauit eū. Qui
egressus vespe dormiuit ī stratu
suo cū ꝑuis dn̄i sui et ī domū suaz
nō descendit. Factū ē ergo mane
⁊ scripsit dauid epistolā ad ioab
misitq; ꝑ manū vrie scribēs ī epi
stola. Ponite vriam ex aduerso
belli vbi fortissimū ē preliū ⁊ dere
linq̄te eū vt ꝑcussus intereat Igit̄
cū ioab obsideret vrbem. Posuit
vriam in loco vbi sciebat viros
esse fortissimos: egressiq; viri de
ciuitate bellabāt aduersū ioab ⁊
ceciderūt de populo ꝑuorū dauid
et mortuus est etiā vrias etheus
Misit itaq; ioab ⁊ nunciauit da
uid om̄ia v̄ba prelij. p̄cepitq; nū
cio dicēs. Cū cōpleueris vniuersos

sermones belli ad regem. si eum
videris indignari ⁊ dixerit quare
accessistis ad murū ut preliaremī
an ignorabatis ꝙ multa desuper
ex muro tela mittātur quis ꝑcus
sit abimelech filiū iherobaal: nō
ne mulier misit sup eum fragmē
mole de muro ⁊ interfecit eum in
thebes. quare iuxta murū accessi
stis dices. Etiam ſuꝰ tuus vrias
etheus occubuit Abijt ergo nun
tius ⁊ venit ⁊ narrauit dd omīa
que ei precepat ioab ⁊ dixit nun
tius ad dauid. Preualuerūt adū
sum nos viri ⁊ egressi sūt ad nos
in agrū. Nos autem facto impetu
persecuti eos sumꝰ vsqꝫ ad portaꝫ
ciuitatis ⁊ direxerūt iacula sagit
tarij ad seruos tuos ex muro desu
per. mortuiqꝫ sunt de seruis regis.
Quin etiā seruus tuus vrias ethe
us mortuus est Et dixit dauid ad
nuntium. Hec dices ioab. Non te
frangat ista res. Varius em̄ euē
tus est belli ⁊ nunc hunc ⁊ nunc
illum cōsumit gladius. Conforta
bellatores tuos aduersus vrbem
ut destruas eam ⁊ exhortare eos.
Audiuit autē vxor vrie ꝙ mortuꝰ
esset vrias vir suus ⁊ planxit eū.
Transactoqꝫ luctu misit dauid ⁊
introduxit eā in domum suam et
facta est ei vxor peperitqꝫ ei filium
Et displicuit verbū hoc qd fecerat
dauid corā dño. Ca. xij.

Misit ergo dominus nathan
ad dauid. Qui cum venisset
ad eum: dixit ei. Respōde mihi iu
ditium. Duo viri erant in ciuitate
vna. vnus diues ⁊ alter pauper.
Diues habebat oues ⁊ boues plu
rimos valde. paup autē nihil ha
bebat omnino preter ouez vnam
paruulam quaꝫ emerat ⁊ nutrie
rat ⁊ que creuerat apud eū cum fi
lijs eius simul de pane illius ꝯme
dens ⁊ de calice eius bibēs ⁊ ī sinu
illius dormiens. eratqꝫ illi sicut fi
lia. Cum aūt peregrinꝰ quidā ve
nissꝫ ad diuitē: parcēs ille sumere
de ouibꝰ ⁊ de bobus suis ut exhibe
ret cōuiuiū ꝑegrino illi q̄ veneāt
ad se: tulit ouē viri pauperis ⁊ p̄
parauit cibos homini q̄ venerat
ad se. Iratus aūt indignacōe da
uid adūsum hominē illū nimis di
xit ad nathan. Viuit dñs. qm̄ fi
lius mortis ē vir q̄ fecit hoc. Ouē
reddet in quadruplū eo ꝙ fecerit
v̄bū istd ⁊ nō pep̄cerit. Dixit autē
nathā ad dd Tu es ille vir q̄ feci
sti hāc rem Hec dicit dñs deꝰ isrl
Ego vnxi te in regē sup isrl ⁊ ego
erui te de manu saul ⁊ dedi tibi do
mū dñi tui ⁊ vxores dñi tui in sinu
tuo. dediqꝫ tibi domū israhel et iu
da ⁊ si parua sūt ista: aditiaꝫ tibi
multo maiora. Quare ergo ꝯtēpsi
sti verbū dñi ut faceres malū ī cō
spectu meo. Vriaꝫ etheū ꝑcussisti
gladio et vxorē illius accepisti in
vxoreꝫ tibi ⁊ interfecisti eū gladio
filioꝝ ammon. Quā ob rem nō re
cedet gladius de domo tua vsqꝫ ī
sēpiternū eo ꝙ despexeris me ⁊ tu
leris vxorē vrie ethei ut esset vxor
tua. Itaqꝫ hec dicit dñs. Ecce ego
suscitabo sup te malū de domo tua
⁊ tollā vxores tuas in oculis tuis
⁊ dabo ꝓximo tuo ⁊ dormiet cum
vxoribus tuis in oculis solis hu
ius Tu em̄ fecisti abscondite. ego
autē fatiaꝫ verbum istud ī ꝯspcū
oīs israhel ⁊ in ꝯspcū solis huius

Et dixit dauid ad nathan. Pec
caui dño. Dixitq; nathan ad da
uid dñs q̄ trāstulit peccatū tuū
Non morieris. Verūtamen qm̄
blasphemare fecisti inimicos no
men dñi ꝓpter verbū hoc: filiꝰ q̄
natus ē tibi morte morietur Et re
uersus ē nathan in domum suaꝫ
Percussitq; dñs paruulū quē pe
pit vxor vrie dauid et desperatus
est Depcatusq; ē dauid dñm pro
puulo et ieiunauit dauid ieiuīo
et ingressus seorsū iacuit sup t̄raꝫ
Venerūt aūt seniores domus eiꝰ
cogētes eū vt surgeret de t̄ra Qui
noluit nec comedit cū eis cibum
Accidit aūt die septima vt more
ret̄ infans: timuerūtq; s̄ui dauid
nūciare ei q̄ mortuꝰ esset puulus
Dixerūt em̄. Ecce cū puulꝰ adhuc
viueret loq̄bamur ad eum ⁊ nō
audiebat vocē nr̄ām: quātoma
gis si dixerimus mortuus ē puer
se affliget. Cū ergo dauid audis
set seruos suos musitātes: intel
lexit q̄ mortuus esset infantulus
Dixitq; ad seruos suos. Num mor
tuus ē puer. Qui rn̄derūt ei. Mor
tuus est. Surrexit ergo dauid de
terra et lotus vnctusq; ē. Cunq;
mutasset vestē ingressus ē domū
dñi ⁊ adorauit ⁊ venit in domum
suā. petiuitq; vt ponerent ei panē
⁊ comedit. Dixerūt aūt ei serui sui
Quis ē sermo quē fecisti. Propt̄
infantē cū adhuc viueret ieiuna
sti ⁊ flebas: mortuo autē puero
surrexisti ⁊ comedisti panē. Qui
ait Propter infantē dū adhuc vi
ueret ieiunaui ⁊ fleui. Dicebā em̄
Quis scit si forte donet eum mihi
dñs ⁊ viuat infans. Nūc aūt q̄
mortuus ē quare ieiuno. Nūq̄d
potero reuocaē eū amplius. Ego
vadā magis ad eū. ille vero non
reuertet̄ ad me. Et cōsolatꝰ ē da
uid bethsabee vxorē suaꝫ: ingres
susq; ad eā: dormiuit cum ea. Que
genuit filiū ⁊ vocauit nomē eius
salomō et dñs dilexit eū Misitq;
eū in manu nathan ꝓphete et vo
cauit nomē eius amabilis dño:
eo q̄ diligeret eū dñs. Igitur pu
gnabat ioab cōtra rabbath fili
orū ammon ⁊ expugnabat vrbē
regiā. Misitq; ioab nūcios ad da
uid dicēs Dimicaui aduersū rabba
et capienda ē vrbs aquaꝝ Nūc
igit̄ cōgrega reliquā partē ꝓpli et
obside ciuitatē ⁊ cape eaꝫ: ne cū a
me vastata fuerit vrbs. nomini
meo ascribat̄ victoria. Cōgrega
uit itaq; dauid om̄em ꝓplm et ꝓ
fectꝰ ē aduersū rabba. Cunq; di
micasset cepit eam Et tulit dyade
ma melchon de capite eius pōdo
auri talentuꝫ. habēs gēmas p̄cio
sissimas ⁊ impositū est sup caput
dauid. Sed et predam ciuitatis
asportauit multā valde: ꝓplumq̄
eius adducens serrauit et circū
egit sup eos ferrata carpenta. Di
uisitq; cultris et trāsduxit ī typo
laterū. Sic fecit vniuersis ciuita
tibus filiorū ammon Et reuersus
est dauid et omnis exercitus in
iherusalem. ¶ Ca. xiij.

Factum ē aūt post hec vt ab
salon filij dauid sororē spe
ciosissimā vocabulo thamar ad
amaret ammō filius dauid et de
periret in eā valde. ita vt ꝓpt̄ amo
rē eius egrotaret q̄ cū esset v̄go
difficile ei videbat̄. vt quippiam

inhoneste ageret cum ea. Erat au
tem ammon amic⁹ nomine iona
dab filius semmaa fratris dauid
vir prudēs valde. Qui dixit ad eū
Quare sic attenuaris matie fili re
gis per singulos dies. Cur nō in
dicas mihi. Dixitq; ei ammon.
Thamar sororem fratris mei ab
salon amo Cui respōdit ionadab
Cuba super lectū tuū ⁊ languorē
simula. cūq; venerit pater tu⁹ ut
visitet te. dic ei. Veniat oro tha
mar soror mea ut det m̄ cibum et
fatiat pulmentum ut comedam
de manu eius. Accubuit itaq; am
mon ⁊ quasi egrotare cepit Cūq;
venisset rex ad visitandū eum ait
ammon ad regē. Veniat obsecro
thamar soror mea ut fatiat ī ocu
lis meis duas sorbiciunculas et
cibum paratum capiam de maū
ei⁹. Misit ergo dauid ad thamar
domū dicens. Veni ī domum am
mon fratris tui ⁊ fac ei pulmentū
Venitq; thamar in domum am
mon fratris sui. ille autē iacebat.
Que tollens farinam cōmiscuit ⁊
liquefatiens in oculis eius coxit
sorbiciunculas. tollēsq; quod ex
coxerat effudit ⁊ posuit corā eo ⁊
noluit comedere. Dixitq; ammon
Eicite vniuersos a me. Cūq; eie
cissent omnes. dixit ammon ad
thamar. Infer cibū in cōclaui ut
vescar de manu tua. Tulit g̊ tha
mar sorbiciunculas quas fecerat
⁊ intulit ad ammon fratrem suū
in ꝯclaui. Cūq; obtulisset ei cibū
apprehendit eaꝫ ⁊ ait. Veni cuba
mecum soror mea. Que respondit
ei Noli frater mi noli opprimē me
neq; enim hoc phas est in israhel
Noli facere stulticiam hanc. Ego
enim ferre nō potero obprobriū
meū ⁊ tu eris quasi vnus de insipi
entibus in isrl̄: quī potius loque
re ad regem ⁊ non negabit me ti
bi. Noluit autē ammon acquiscē
precibus eius. ꝫ p̄ualens viribꝰ
oppressit eam ⁊ cubauit cū ea. Et
exosā eā habuit odio magno ni
mis ita ut maius essꝫ odiū q̊ ode
rat eā amore quo ante dilexerat.
Dixitq; ei ammon. Surge ⁊ vade
Que rn̄dit Maius est hoc malum
quod nūc agis aduersum me q̄
quod ante fecisti expellēs me. Et
noluit audire eā. ꝫ vocato puero
q̄ ministrabat ei. dixit. Eice hanc
a me foras ⁊ claude ostiū post eaꝫ
Que induta erat talari tunica hu
iuscemodi em̄ filie regis virgines
vestibꝰ vtebant̄. Eiecit itaq; eaꝫ
minister illius foras. clausitq; fo
res post eā. Que aspgēs cinerē ca
piti suo scissa talari tunica. imposi
tisq; manibꝰ sup caput suū ibat ī
grediēs atq; clamās. Dixit aūt ei
absalō frat̄ suꝰ. Nūq̄d āmon frat̄
tuꝰ cōcubuit tecū. Sꝫ nūc soror ta
ce. frat̄ tuus ē. Neq; affligas cor
tuū ꝓ hac re. Mānsit itaq; thamar
ꝯtabescēs in domo absalō frīs sui
Cū autē audissꝫ rex dd̄ verba hec
cōtristatus ē valde ⁊ noluit cōtri
stare spm̄ ammō filij sui qm̄ dilige
bat eū. qꝛ p̄mogeitus eāt ei. Por
ro nō est locutus absalō ad āmō
nec malū nec bonū Oderat em̄ ab
salō ammō eo q̄ violassꝫ thamar
sororē suam. Factum est aūt post
tēpus biennij ut tonderent̄ oues
absalon in balasor que est iuxta
effraim Et vocauit absalō omnes

filios regis veniteq; ad regem et
ait ad eum. Ecce tondent oues serui
tui veniat oro rex cum famulis suis ad
seruum suum dixitq; rex ad absalon
Noli fili mi noli rogare vt veniamus
omnes et grauemus te Cum autem
cogeret eum et noluisset ire benedixit
ei. Et ait absalon ad dauid. Si non
vis venire veniat obsecro nobiscum
saltem ammon frater meus. dixitq;
ad eum rex. Non est necesse vt vadat
tecum. Coegit itaq; absalon eum
et dimisit cum eo ammon et vni
uersos filios regis Faceratq; ab
salon conuiuium quasi conuiuium re
gis. Preceperat autem absalon pu
eris suis dicens. Obseruate cum te
mulentus fuerit ammon vino. et
dixero vobis percutite eum et inter
ficite nolite timere. Ego enim sum qui
precipio vobis. Roboramini et este
te viri fortes. Fecerunt ergo pueri
absalon aduersum ammon sicut pre
cepat eis absalon. Surgentesq;
omnes filij regis. ascenderunt singuli
mulas suas et fugerunt. Cumq; ad
huc pgerent in itinere fama pue
nit ad dauid dicens. Percussit ab
salon omnes filios regis. et non re
manstit ex eis saltem vnus. Surrex
it itaq; rex dauid et scidit vestimen
ta sua et cecidit sup terram et omnes
serui illius qui assistebant ei. scide
runt vestimenta sua. Videns autem
ionadab filius semmaa fratris
dauid dixit Ne estimet dominus meus
rex q; omnes pueri regis occisi sint
Ammon solus mortuus est. qm in
odio absalon erat positus ex die
qua oppressit thamar sororem eius
Nunc ergo ne ponat dominus meus rex
sup cor suum verbum istud dicens. omnes
filij regis occisi sunt. qm ammon
solus mortuus est Fugit autem absalon
Et eleuauit puer speculator oculos
suos et aspexit et ecce populus multus
veniebat p iter montis auium ex latere mon
tis dixit autem ionadab ad regem
Ecce filij regis assunt iuxta verbum
serui tui sic factum est Cumq; cessasset
loqui apparuerunt et filij regis. Et
intrantes leuauerunt vocem suam et fle
uerunt Sed et rex et omnes serui eius
fleuerunt ploratu magno nimis.
Porro absalon fugiens abiit ad
tholomai filium ammiur regem gessur
Luxit ergo dauid filium suum ammon
multis diebus. Absalon autem cum
fugisset et venisset in gessur fuit
ibi tribus annis. cessauitq; rex da
uid persequi absalon. eo q; consolatus
esset sup ammon interitu Ca. xiiij.
Intelliges autem ioab filius sarue
q; cor regis versum esset ad absalon
misit thecuam et tulit inde mulierem
sapientem. dixitq; ad eam. Lugere te
simula et induere veste lugubri et
ne ungaris oleo vt sis quasi mu
lier iam plimo tpe luges mortuum
Et ingredieris ad regem et loqueris
ad eum sermones huiuscemodi.
Posuit autem ioab verba in ore eius
Itaq; cum ingressa fuisset mulier
thecuites ad regem cecidit coram eo
sup terram et adorauit et dixit. Sal
ua me rex. Et ait ad eam rex. Quid
cause habes. Que respondit. Heu
mulier vidua ego sum. Mortuus est
enim vir meus et ancille tue erant
duo filij qui rixati sunt aduersum se
in agro nullusq; erat qui eos pos
hibere posset et percussit alter alterum
et interfecit eum. Et ecce consurgens
vniuersa cognatio aduersum ancillam

tuaꝫ dicit Trade eum qui ꝑcussit
fratrē suū ut occidamus eū ꝓ aī
ma fratris sui quē interfecit et de
leamus heredē ⁊ querūt extinguē
scintillā meā que relicta est ut su
persit viro meo nomē ⁊ reliquie su
per terrā. Et ait rex ad mulierem.
Vade in domū tuā ⁊ ego iubebo ꝓ
te. Dixitqꝫ mulier thecuites ad re
gē. In me dñe mi rex sit iniq̄tas ⁊
in domo patris mei. rex āt ⁊ thro
nus eiꝰ sit innocēs. Et ait rex. Qui
ꝯtradixerit tibi adduc eū ad me
⁊ vltra nō addet ut tāgat te Que
ait Recordet̄ rex dñi dei sui ut non
multiplicēt̄ ꝓximi sāguinis ad vl
ciscendū et nequaq̄ interfitiāt fi
liū meū. Qui ait. Viuit dñs quia
nō cadet de capillis filij tui sup ter
rā. Dixit ergo mulier. Loquat̄ an
cilla tua ad dñm meū regē verbū
Et ait. Loq̄re. dixitqꝫ mulier Qua
re cogitasti huiuscemodi rem ꝯtr̄
populū dei ⁊ locutus est rex verbū
istꝰ ut peccet ⁊ non reducat eiectū
suū. ⁊ Oēs morimur ⁊ quasi aq̄ di
labimur in terraꝫ que non reuer
tūtur. Nec vult deus perire aīaꝫ. ꝫ
retractat recōgitās ne penitus pe
reat qui abiectus ē. Nunc igit̄ ve
ni ut loquar ad dñm meū regē v̄
bū hoc p̄sente populo. Et dixit an
cilla tua. Loquar ad regeꝫ si quo
modo fatiat rex verbū ancille sue
Et audiuit rex ut liberaret ancillā
suaꝫ de manu omniū qui volebāt
de hereditate dñi delere me ⁊ filiū
meū simul. Dicat ergo ācilla tua
ut fiat verbū dñi mei regis sic̄ sa
crifitiū. Sicut em̄ angelus dñi sic
est dñs meꝰ rex ut nec benedictio
ne nec maledictione moueatur.

Vnde ⁊ dñs deus tuus est tecū Et
rñdens rex dixit ad mulierem. Ne
abscōdas a me verbū quod te in
terrogo. Dixitqꝫ ei mulier. Loque
re dñe mi rex. Et ait rex. Nunquid
manus ioab tecū ē in oībꝰ istis. ⁊
Respōdit mulier ⁊ ait Per salutē
anime tue dñe mi rex nec ad sini
strā nec ad dextrā est ex omnibꝰ
hijs que locutus est dñs meus
rex. Seruus em̄ tuus ioab ipē pre
cepit mihi ⁊ ipse posuit in os ācil
le tue oīa verba hec ut verterez fi
gurā sermonis huius. Seruꝰ em̄
tuus ioab p̄cepit istud. Tu autē
dñe mi rex sapiens es sicut habet
sapiētiaꝫ āgelus dei ut intelligas
oīa super terrā Et ait rex ad ioab
Ecce placatus feci verbū tuū. Va
de g̊ ⁊ reuoca puerū absalon. Ca
densqꝫ ioab sup fatiem suam ī ter
rā adorauit ⁊ bñdixit regi. Et dixit
ioab Hodie intellexit seruus tuꝰ
quia inueni gratiaꝫ in oculis tuis
dñe mi rex. Fecisti em̄ sermonem
dñe mi rex serui tui Surrexit ergo
ioab ⁊ abijt in gessur ⁊ adduxit
absalon in ihrl̄m. Dixit auteꝫ rex.
Reuertat̄ in domū suā ⁊ fatiē meā
nō videat. Reuersus est itaqꝫ ab
salon in domū suā ⁊ fatiē regis nō
vidit Porro sicut absalon: vir nō
erat pulcher ī omni israhel ⁊ deco
rus nimis. A vestigio pedis vsqꝫ
ad verticē non erat in eo vlla ma
cula. Et quando tondebat capillū
semel aūt in anno tondebat̄. qꝛ g̃
uabat eū cesaries pōderabat capil
los capitis sui ducētis sidis pōdē
publico. Nati sunt auteꝫ absalon
filij tres ⁊ filia vna noīe thamar
elegātis forme Māsitqꝫ absalō in

iherusalem duob⁹ annis ⁊ faciē
regis ñ vidit. Misit itaq; ad ioab
vt mitteret eū ad regē. Qui nolu
it venire ad eū Cūq; secūdo misisset
et ille noluisset venire ad eū: dixit
seruis suis. Scitis agrū ioab iux̄
agrū meū habente messem ordei
Ite igit̄ ⁊ succendite eū igni. Suc
cenderūt ergo ſui absalon segetē
igni Et venientes ſui ioab scissis
vestib⁹ suis dixerūt. Succenderūt
serui absalon ꝑtē agri igni Sur
rexitq; ioab et venit ad absalon
in domū ei⁹. et dixit Quare succē
derūt ſui tui segetē meā igni. Et re
spondit absalō ad ioab. Misi ad
te obsecrans vt venires ad me ⁊
mitterē te ad regem et diceres ei
Quare veni de gessur. Melius m̄
erat ibi esse. Obsecro ergo vt vi
deam faciē regis. Quod si memor
est iniq̄tatis mee īterficiat me In
gressus itaq; ioab ad regē: nūcia
uit ei om̄ia. Vocatusq; ē absalō
⁊ intrauit ad regē ⁊ adorauit sup
faciē terre corā eo. Osculatusq; ē
rex absalon. Ca. xv.

Igitur post hec fecit sibi absalon
currus ⁊ eq̄tes et quinq̄ginta vi
ros q̄ p̄cederent eū. Et mane cōsur
gens absalon stabat iuxta intro
itū porte in via ⁊ om̄em virū qui
habebat negociū vt veniret ad
regis iudiciū vocabat absalō ad
se et dicebat. De qua cīitate es tu
Qui respōdens aiebat. Ex vna tri
bu israhel ego seruus tu⁹. Respō
debatq; ei absalon. Vident̄ mihi
ſmōes tui boni et iusti ſ nō ē q̄ te
audiat ꝯstitut⁹ a rege. Dicebatq;
absalon. Quis me cōstituat iudi
cem sup terraz vt ad me veniant
omnes q̄ habent negociū ⁊ iuste
iudicē. Sed ⁊ cū accederet ad eū
homo vt salutaret illū. extēdebat
manū suā et apprehendēs oscula
bat̄ eū Faciebatq; hoc omni isrl̄
venienti ad iudiciū vt audiretur
a rege ⁊ sollicitabat corda viroꝝ
israhel Post q̄draginta aūt ānos
dixit absalon ad regē dauid Va
dam ⁊ reddā vota mea que voui
dño ī hebron Vouens em̄ vouit
ſuus tuus cū esset in gessur sirie
dicens. Si reduxerit me dñs ī ihe
rusalem: sacrificabo dño. Dixitq;
ei rex dauid. Vade ī pace. Et surre
xit et abijt in hebron Misit autē
absalon exploratores ī vniūsas
tribus israhel dicens. Statī vt au
dieritis clangorē buccine dicite.
Regnabit absalō ī hebrō Porro
cum absalon ierunt ducenti viri
de iherusalē vocati eūtes simplici
corde et causā penit⁹ ignorantes
Accersiuitq̄ absalō achitofel gi
lonitē ꝯsiliariū dauid de ciuitate
sua gilo Cūq; ymolaēt victimas
facta est ꝯiuracō valida ꝓplusq;
ꝯcurrens augebatur cū absalon
Venit igit̄ nūcius ad dauid di
cens. Toto corde vniūsus israhel
sequit̄ absalō. Et ait dauid ſuis
suis q̄ erāt cū eo in iherusalē. Sur
gite. Fugiam⁹: neq; em̄ erit nob̄
effugiū a facie absalon. Festina
te egredi ne forte veniēs occupet
nos et impleat sup nos ruinā et
ꝑcutiat ciuitatē ī ore gladij. Dixe
rūtq; ſui regis ad eū Om̄ia q̄cūq;
preceperit dñs noster rex libēter
exeq̄mur serui tui Egressus ē ergo
rex et vniūsa domus eius pedib⁹
suis Et reliq̄t decē mlēres ꝯcubīas

ad custodiendaꝫ domū. Egressus
q̄ rex ⁊ om̄is israhel pedibus suis
stetit ꝓcul a domo ⁊ vniuersi ꝑui
eius ambulabāt iuxta eū ⁊ legio
nes cerethi ⁊ phelethi ⁊ om̄es ge
thei pugnatores validi sexcēti vi
ri qui secuti eū fuerant de geth pe
dites precedebāt regem. Dixit aūt
rex ad ethai getheum. Cur venis
nobiscū. Reuertere et habita cū
rege q̄ peregrinus es et egressus
es de loco tuo. Heri veīsti ⁊ hodie
cōpelleris nobiscū egredi. Ego āt
vadā quo iturus sū. Reuertere et
reduc tecū fratres tuos ⁊ dn̄s faci
at tecū misericordiā ⁊ veritateꝫ q̄
ostēdisti gratiā ⁊ fidē. Et respōdit
ethai regi dicens. Viuit dominꝰ
⁊ viuit dn̄s meus rex qm̄ in quo
cūq̄ loco fueris dn̄e mi rex siue in
morte siue in vita ibi erit seruus
tuus. Et ait dauid ethai. Veni et
trāsi. Et trāsiuit ethai getheus et
rex ⁊ om̄es viri qui cū eo erāt ⁊ re
liqua multitudo. Omnesq̄ flebāt
voce magna ⁊ vniuersus ꝓplus tn̄s
ibat. Rexq̄ tn̄sgrediebat torren
tē cedron ⁊ cūctus ꝓpl's incedebat
ꝯtra viā oliue q̄ respicit ad deꝑtū
Venit aūt ⁊ sadoch sacdos ⁊ vni
uersi leuite cū eo portātes archā
federis dei ⁊ deposuerūt archā fede
ris dei. Et ascēdit abiathar donec
expletꝰ essꝫ oīs ꝓpl's q̄ egressꝰ fue
rat de cīitate. ⁊ dixit rex ad sadoch
Reporta archā dei in vrbē. Si inue
nero gratiā in oculis dn̄i reducet
me ⁊ ostendet m̄ eaꝫ ⁊ tabernacu
lū suū. si aūt dixeit m̄ non places
presto sum faciat quod bonum ē
coraꝫ se. Et dixit rex ad sadoch sa
cerdotem. O videns reuertere in ci
uitatem in pace ⁊ achimaas filiꝰ
tuus ⁊ ionathan filius abiathar
duo filij vestri sint vobiscum Ecce
ego abscōdar in cāpestribus deꝑ
ti donec veniat sermo a vobis in
dicans m̄. Reportauerunt ergo sa
doch ⁊ abiathar archā dei in ihe
rusalem ⁊ manserūt ibi Porro da
uid ascendebat diuum oliuarum
scandens ⁊ flens nudis pedibus
incedens ⁊ opto capite. Sed ⁊ om
nis populus qui erat cū eo opto
capite ascendebat plorans. Nūtia
tū est aūt dauid q̄ achitofel esset
in cōiuracōne cū absalon. dixitq̄
dauid. Infatua queso dn̄e ꝯsiliū
achitofel Cūq̄ ascenderet dauid
sūmitatē mōtis in quo adoraturꝰ
erāt dn̄ꝫ ecce occurit ei chusai ara
chites scissa veste et terra pleno
capite. Et dixit ei dd. Si veneris
mecum eris m̄ oneri. si autēꝫ in ci
uitatē reuertaris ⁊ dixeris absalō
seruus tuꝰ sū rex patere me viue
re sicut fui seruꝰ patris tui sic ero
seruus tuus: dissipabis cōsilium
achitofel Habes aūt tecū sadoch
⁊ abiathar sacerdotes ⁊ om̄e ver
bum quodcūq̄ audieis in domo
regis indicab' sadoch ⁊ abiathar
sacerdotibꝰ. Sūt enim cū eis duo
filij eoꝝ achimaas filius sadoch
⁊ ionathā filius abiathar ⁊ mit
tetis p eos ad me oē v̄bū q̄d au
dieitis Veniēte ergo chusai ami
co dauid in ciuitateꝫ. absalōq̄ in
gressꝰ ē ihrl'm et achitofel cū eo.

Ca. xvi.

Cvnq̄ dauid
trāsisset paululum montis
verticē apparuit siba puer miphi
boseth in occursum eius cum duo
bus asinis q̄ oneāti erāt ducētis

panib9 et centū alligaturis vue
passe ⁊ centū massis palatarū et
duob9 vtribus vini · Et dixit rex
sibe · Quid sibi volūt hec ⁊ Rn̄ditq3
siba · Dn̄e mi rex · asini domesticis
regis vt sedeāt et panes ⁊ palate
ad vescendū pueris tuis · vinum
autē vt bibat si quis defecerit in
deserto · Et ait rex · Vbi ē fili9 dn̄i
tui ⁊ Rn̄ditq3 siba regi · Remansit
in iherusalez dicēs · Hodie restitu
et mihi domus israhel regnū p̄ris
mei Et ait rex sibe Tua sint om̄ia
que fuerūt miphiboseth · Dixitq3
siba · Oro vt inueniā grāz corā te
dn̄e mi rex Venit ergo rex dauid
vsq3 bahurim · Et ecce egredieba
tur inde vir de ꝯgnacōe dom9 saul
noīe semei fili9 gera · ꝓcedebatq3
egrediens et maledicebat mitte
batq3 lapides ꝯtra dauid ⁊ ꝯtra
vniūsos seruos regis dauid Oīs
aūt ꝓpl's et vniūsi bellatores a de
xtro et a sinistro latere regis ince
debant Ita aūt loquebat semei
cū malediceret regi · Egredere egre
dere vir sāguinū ⁊ vir belial Red
didit tibi domin9 vniūsū sangui
nē dom9 saul · qm̄ inuasisti regnū
ꝓ eo et dedit dn̄s regnū in manu
absalon filij tui ⁊ ecce premūt te
mala tua qm̄ vir sanguinum es
Dixit aūt abisai filius saruie regi
Quaē maledicit canis hic moritu
rus dn̄o meo regi Vadā ⁊ ampu
tabo caput eius · Et ait rex · Quid
mihi ⁊ vob̄ est filij saruie ⁊ Dimit
te eū vt maledicat · Dn̄s em̄ prece
pit ei vt maledicēt dauid · Et q̄s
ē qui audeat dicere quaē sic feceit
Et ait rex abisai ⁊ vniūsis seruis
suis · Ecce filius me9 q̄ egressus ē
de vtero meo querit animam me
am : qn̄to magis hic filius iemi
ni maledicet mihi Dimittite eum
vt maledicat iuxta p̄ceptū dn̄i · si
forte respiciat dn̄s afflictōez meā
⁊ reddat mihi dn̄s bonuz ꝓ male
dictione hac die hodierna · Am
bulabat itaq3 dauid ⁊ socij eius
ꝑ viā cū eo · semei aūt ꝑ iugū mō
tis ex latere ꝯtra illuz gradiebat
maledicēs et mittens lapides ad
uersū eū terrāq3 spargēs · Venit
itaq3 rex dauid ⁊ vniuersus ꝓpl's
cū eo lassus ⁊ refocillati sunt ibi ·
Absalon aūt ⁊ om̄is ꝓpl'us eius
ingressi sūt ihrl'm ꝫ et achitofel
cū eo Cū āt venissz chusai arach
ites amicus dauid ad absalō : lo
cutus ē ad eū · Salue rex salue rex
Ad quē absalon Hec ē inq̄t grā
tua ad amicū tuū ⁊ Quare nō iui
sti cum aīco tuo ⁊ Rn̄ditq3 chusai
ad absalon · Nequaq̄ : q3 illi9 ero
quē elegit dn̄s ⁊ omnis hic ꝓpl's
⁊ vniuersus israhel ⁊ cū eo mane
bo · Sed vt ⁊ hoc inferā cui ego ser
uiturus sū ⁊ Nonne filio regis ⁊ Si
cut parui patri tuo ita parebo et
tibi · Dixit autē absalon ad achi
tofel · Inite ꝯsiliū quid agē debe
amus · Et ait achitofel ad absa
lon · Ingredere ad ꝯcubinas p̄ris
tui quas dimisit ad custodiēdā
domū vt cū audierit om̄is israhel
q̄ fedaueris patrē tuū roborent
tecū manus eoꝝ Tetēderūt ergo
absalon tabernaculū in solario ⁊
ingressusq3 ē ad cōcubinas p̄ris
sui corā vniūso isrl' Consiliū aūt
achitofel qd̄ dabat in dieb9 illis
quasi si quis consuleret dn̄m · Sic
erat om̄e ꝯsiliū achitofel et cum

esset cū dō ⁊ cū esset cū absalon.

Dixit ergo achito Ca. xvij.
fel ad absalon. Eligaz mihi
duodecī milia virorꝝ ⁊ cōsurgens
persequar dauid hac nocte et ir
ruens sup eū quippe q̄ lassus est
⁊ solutis manibus pcutiā eū. Cū
qz fugerit omnis ꝓplus qui cū eo
est pcutiā regē desolatū ⁊ reducā
vniuersuz ꝓplm qūo vnus homo
reuerti solet Vnū em̄ virū tu que
ris ⁊ omnis ꝓplus erit ī pace Pla
cuitqz sermo eius absalō ⁊ cūctis
maioribꝰ natu israhel. Ait āt ab
salon. Vocate chusai arachiten
⁊ audiamus quid etiā ipse dicat
Cūqz venisset chusai ad absalō,
ait absalon ad eū. Huiuscemodi
sermonē locutus ē achitofel. Fa
cere debemus an non. Quod das
ꝯsiliū. Et dixit chusai ad absalō
Nō bonū ꝯsiliū qd̄ dedit achitofel
hac vice. Et rursū intulit chusai.
Tu nosti patrez tuū et viros q̄ cū
eo sūt esse fortissimos ⁊ amaro aī
mo veluti si vrsa raptis catulis in
saltu seuiat. Sed ⁊ pater tuus vir
bellator est nec morabit̄ cū popu
lo. Forsitā nūc latitant in foueis
aut in vno quo voluerit loco ⁊ cū
ceciderit vnus quilibet in p̄ncipio
audiet quicūqz audierit ⁊ dicet.
Facta ē plaga in ꝓplo q̄ seq̄batur
absalō. Et fortissimus ipse cuius
cor est quasi leonis pauore solue
tur. Scit em̄ oīs ꝓplus isrl̄ fortez
esse patrē tuū et robustos om̄es
qui cū eo sūt Sed hoc mihi videt̄
rectū esse cōsiliū. Cōgreget̄ ad te
vniuersus populꝰ isrl̄a dan vsqz
bersabee quasi arena maris innu
merabilis ⁊ tu eris in medio eorꝝ
⁊ irruemus sup eū in quocūqz lo
co inuentus fuerit ⁊ opiemus eū
sicut cadere solet ros sup terrā et
non relinq̄mus de viris qui cū eo
sūt nec vnū quidē. Quod si vrbem
aliquā fuerit īgressus circūdabit
om̄is isrl̄ ciuitati illi funes ⁊ trahe
mus eā in torrētē ut non reperiat̄
nec calculus quidez ex ea. Dixitqz
absalon ⁊ om̄es viri israhel. Meli
us est ꝯsiliū chusai arachite cōsi
lio achitofel. Dn̄i āt nutu dissipa
tū est cōsiliū achitofel vtile ut in
duceret dn̄s sup absalon malum
Et ait chusai sadoch ⁊ abiathar
sacerdotibꝰ. Hoc ⁊ hoc modo cōsi
liū dedit achitofel absalon ⁊ seni
oribꝰ isrl̄ ⁊ ego tale ⁊ tale dedi ꝯsi
liū. Nunc ḡ mittite cito ⁊ nūciate
dō dicētes. Ne morieis nocte hac
in cāpestribꝰ deserti ꝫ absqz dilacōe
tr̄nsgredē ne forte absorbeat̄ rex ⁊
oīs ꝓpl's q̄ cū eo ē Jonathas aūt
⁊ achimaas stabāt iux̄ fontez ro
gel. Abijt ancilla et nūciauit eis
⁊ illi ꝓfecti sūt ut referrēt ad regē
dō nūtiū. Nō em̄ poterāt videri ā
introire ciuitatē. Vidit aūt eos q̄
dā puer ⁊ indicauit absalon. Illi
vero ꝯcito gradu īgressi sūt domū
cuiusdā viri ī bahurim q̄ hēbat
puteū in vestibulo suo ⁊ descende
rūt in eū. Tulit aūt mulier ⁊ expā
dit velamē sup os putei quasi sic
cās tipsanas ⁊ sic latuit res. Cūqz
veissent s̄ui absalon in domū ad
mulierē dixerūt. Vbi ē achimaas
⁊ ionathas. Et rn̄dit ei mlr̄. Tr̄n
sierūt festinat̄ gustata paululū aq̄
At hij q̄ querebant cū non repis
sēt reuersi sūt ī ihrl̄m Cūqz abissent
ascēderūt illi de puteo et ꝑgentes

nunciauerunt regi dauid et dixe
runt · Surgite & trāsite cito fluuiū
qm̄ huiuscemodi dedit cōsiliū cō
tra vos achitofel · Surrexit ergo
dauid & oēs pp̄s q̄ cū eo erat &
transierūt iordanē donec diluceſce
ret anteqū denudaret verbū & nec
vnus q̄dem residuus fuit qui nō
trāsiret fluuium Porro achitofel
videns q̄ nō fuisset factū cōsiliū suuz
strauit asinum suuz surrexitq; et
abiit in domū suā et in ciuitatem
suā & disposita domo sua suspēdio
interiit et sepultus ē in sepulchro
pris sui · Dauid āt venit in castra
& absalon trāsiit iordanē ipse et
oēs viri israhel cum eo · Amasā
vero cōstituit absalō p ioab sup
exercitū · Amasa autē erat filius
viri q̄ vocabat iethra de iherreli:
q̄ ingress⁹ ē ad abigail filiā naas
sororez saruie q̄ fuit mater ioab ·
Et castrametat⁹ ē israhel cū absa
lon in terra galaad Cunq; venis
set dauid ī castra sobi filius naas
de rabbath filioz ammon & ma
chir filius ammihel de lodabar &
berzellai galaadites de rogelim ·
obtulerūt ei stratoria & tapecia &
vasa victilia frumentū & ordeum
& farinā & polentā & fabaz et len
tem & frixū cicer & mel & butirum
oues & pingues vitulos dederūtq;
dauid et populo q̄ cū eo erat ad
vescendū · Suspicati em̄ sūt pp̄l'm
fame et siti fatigari in deserto ·

Igitur cōsiderato Ca·xviij·
dauid populo suo cōstituit super
eos tribunos & centuriones & de
dit populi terciā ptem sub manu
ioab & terciā partē sb manu abi
sai filij saruie fris ioab et terciā
partez sub manu ethai q̄ erat de
geth dixitq; rex ad populū Egre
diar & ego vobiscū · Et rndit pp̄s
Non exibis · Sive em̄ fugerimus
nō magnope ad eos de nobis p
tinebit sive media pars ceciderit
e nobis nō satis curabunt · qz tu
vnus solus p decē mlib⁹ oputa
ris · Melius est igit̄ vt sis nobis
in vrbe p̄sidio · Ad quos rex ait
Quod vobis videt̄ rectū hoc faciā
Stetit ergo rex iuxta portā · Egre
diebaturq; pp̄s p turmas suas: cē
tem & millem · Et p̄cepit rex ioab
et abisai & ethai dicens · Serua
te mihi puerū absalon · Et oēs
pp̄s audiebat p̄cipientē regem
cūctis principib⁹ p absalō · Itaq;
egressus ē popul⁹ in campū otra
israhel et factū est p̄lium in saltu
ephraim · Et cesus ē ibi pp̄s isrl
ab exercitu dauid: factaq; ē pla
ga magna in die illa viginti mili
um Fuit aūt ibi preliū disper sus
sup faciem omnis terre et multo
plures erāt quos salt⁹ deuorauerat
de pp̄lo q̄ hij quos vorauerat
gladius in die illa · Accidit autē
vt occurreret absalō suis dauid
sedens mulo Cunq; ingressus fu
isset mulus subter densā querci
& magnā adhesit caput ei⁹ quer
cui & illo suspenso inter celū & ter
rā mulus cui inse derat ptransiuit
Vidit āt hoc quispiā & nūciauit
ioab dicens · Vidi absalon pen
dere de quercu · Et ait ioab viro q̄
nunciauerat ei · Si vidisti quare
nō confodisti eū cū terra & ego dedis
sem tibi decē argēti sidos et vnuz
balthеū · Qui dixit ad ioab · Si
appenderes in manib⁹ meis mille

argẽtes nequaq̃ mitterẽ manũ
meã in filiũ regis. Audiẽtib⁹ em̃
nobis precepit rex tibi ⁊ abisai ⁊
ethai dicẽs. Custodite mihi pue
rũ absalon. Sed ⁊ si fecissem con
tra animã meaꝫ audacter nequa
q̃ hoc regẽ latere potuisset ⁊ tu sta
res ex aduerso. Et ait ioab. Nõ si
cut tu vis sed aggrediar eũ corã
te Tulit ergo ioab tres lanceas ĩ
manu sua ⁊ infixit eas in corde ab
salon. Cũq̃ adhuc palpitaret he
rens in quercu cucurrerũt deceꝫ iu
uenes armigeri ioab ⁊ ꝑcuciẽtes
interfecerũt eũ. Cecinit autẽ ioab
buccina ⁊ retinuit populũ ne perse
queret̃ fugientem israhel volens
parcere multitudini. Et tulerẽt ab
salon et ꝓiecerunt eũ in saltu ĩ fo
ueam grãdẽ ⁊ cõportauerũt super
eũ aceruũ lapidũ magnũ nimis.
Oĩs aũt israhel fugit in tabnacu
la sua. Porro absalõ erexerat sibi
cũ adhuc viuẽt titulũ qui est in
valle regis. dixeãt em̃. Nõ habeo
filiũ et hoc erit monimentũ noĩs
mei Vocauitq̃ titulũ noĩe suo et
appellatur manus absalon vsq̃
ad hãc diẽ. Achimaas ãt fili⁹ sa
doch ait. Curraꝫ ⁊ nũtiabo regi. q̃
iuditiũ fecerit ei deus de manu ini
micoꝝ eius. Ad quem ioab dixit
Nõ eris nũtius in hac die. ꝫ nũci
abis in alia. Hodie nolo te nũtia
re. Filius em̃ regis est mortu⁹. Et
ait ioab chusai. Vade ⁊ nũtia re
gi q̃ vidisti Adorauit chusai ioab
⁊ cucurrit. Rursus ãt achimaas
filius sadoch dixit ad ioab Quid
impedit si etiã ego curro post chu
sai. Dixitq̃ ei ioab. Quid vis cur
rere fili mi. Veni huc. Nõ eris bo
ni nuncij baiulus. Qui respondit
Quid enim si cucurrero. Et ait ei.
Curre. Currens ergo achimaas
per viam cõpendij tñsiuit chusai
Dauid autem sedebat inter duas
portas. Speculator vero qui erat ĩ
fastigio porte sup murum eleuãs
oculos vidit hominẽ currentẽ so
lum et exclamans indicauit regi.
Dixitq̃ rex. Si solus est. bon⁹ est
nuntius in ore eius Properãte ãt
illo ⁊ accedente ꝓpius: vidit specu
lator hominẽ alteꝝ currentẽ et vo
ciferãs in culmine ait. Apparet m̃
alter homo currens solus. Dixit
q̃ rex. Et iste bonus est nuntius.
Speculator autem cõtemplor ait
cursum prioris quasi cursum achi
maas filij sadoch. Et ait rex. Vir
bonus est ⁊ nuntiũ portans bonũ
venit Clamans autẽ achimaas
dixit ad regem. Salue rex. Et ado
rans regem corã eo pronus in ter
ram ait. Benedictus dominus de⁹
tuus qui cõclusit homines qui le
uauerũt manus suas cõtra dñm
meũ regem. Et ait rex. Est ne pax
puero absalon. Dixitq̃ achima
as Vidi tumulũ magnũ cũ mitte
ret ioab seruus tuus o rex me ser
uũ tuũ nescio aliud. Ad queꝫ rex
transi ait ⁊ sta h̃ Cũq̃ ille trãsissꝫ
et staret apparuit chusai. Et veni
ens ait Bonũ apporto nũtium mi
rex. Iudicauit em̃ ꝓ te dñs hodie
de manu omniũ qui surrexerẽt con
tra te. Dixit aũt rex ad chusai Est
ne pax puero absalon. Cui respõ
dẽs chusai fiãt ĩq̃t sic̃ puer ĩimici
dñi mei regis ⁊ vniũsi q̃ cõsurgũt
adũs⁹ eũ in malũ Cõtristat⁹ itaq̃
rex ascẽdit cenaculũ porte ⁊ fleuit.

Et sic loquebatur vadens Fili mi
absalon: absalon fili mi Quis m̄
tribuat vt ego moriar ꝓ te. Ab
salō fili mi. fili mi absalō Ca. xix.

Nunciatū ē āt ioab q̄ rex fle
ret ⁊ lugeret filiū suū et v̄sa
ē victoria in luctū in die illa om̄i
populo. Audiuit em̄ ꝓpl's in die
illa dici. dolet rex sup filio suo. Et
declinauit ꝓpl's in die illa ingredi
cītatem: qūo declinare solet ꝓpl's
versus et fugiens de p̄lio. Porro
rex operuit caput suū ⁊ clamabat
voce magna. Fili mi absalō: ab
salon fili mi. Ingress⁹ ergo ioab
ad regē in domū dixit. Cōfudisti
hodie vultus oīm ꝑuorū tuorum
q̄ saluā fecerūt animā tuā et aīaz
filiorū tuorū ⁊ filiaꝝ tuaꝝ et aīaz
vxorū tuaꝝ ⁊ animā cōcubinarū
tuarū. Diligis odiētes te ⁊ odio
habes diligentes te Et oñdisti ho
die q̄ nō curas de ducib⁹ tuis et
de ꝑuis tuis ⁊ vere ꝯgnoui modo
quia si absalon viueret ⁊ omnes
nos occubuissem⁹: tunc placeret
tibi. Nunc igit̄ surge ⁊ ꝓcede ⁊ al
loquens satisfac seruis tuis Juro
enim tibi ꝑ dn̄m q̄ si non exieris
nec vn⁹ quidē remāsurus sit tecū
nocte hac ⁊ peius erit hoc tibi q̄
omnia mala q̄ venerūt sup te ab
adolescencia tua vsq̄ in p̄ns Sur
rexit ergo rex et sedit in porta. Et
om̄i populo nunciatuz ē q̄ rex se
deret in porta. Venitq̄ vniuersa
multitudo corā rege. israhel autē
fugit in tabernacula sua. Om̄isq̄
ꝓpl'us certabat in cūctis tribub⁹
israhel dicens. Rex liberauit nos
de manu inimicoꝝ nostroruz. ipse
saluauit nos de māu philistinoꝝ
et nunc fugit de terra ꝓpter absa
lon. Absalon aūt quē vnximus
sup nos mortu⁹ ē in bello Vsq̄q̄
siletis ⁊ nō reducitis regez. Et cō
siliū tocius israhel venit ad regē
Rex vero dauid misit ad sadoch
⁊ abiathar sacerdotes dicēs. Loq̄
mini ad maiores natu iuda dicē
tes. Cur venitis nouissimi ad re
ducendū regē in domū suaz. Ser
mo aūt om̄is israhel peruenerat
ad regez in domo eius q̄ dixerat
rex. Hec dicetis ad populū Frēs
mei vos: os meū ⁊ caro mea vos
Quaē nouissimi reducitis regez.
Et amase dicite Nōne os meū es
⁊ caro mea. Hec faciat mihi d⁹
⁊ addat si nō magister milicie fu
eris corā me omni tēpore ꝓ ioab
Et inclinauit cor omniū virorū iu
da quasi viri vnius. Miseruntq̄
ad regē dicentes. Reuertere tu ⁊
oēs ꝑui tui. Et reuersus ē rex. Et ve
nit vsq̄ iordanē. Et omnis iuda
venit vsq̄ in galgala vt occurre
ret regi ⁊ trāsduceret eū iordanē.
Festinauit aūt semei filius gera
filij iemini de bahurim ⁊ descēdit
cū viris iuda in occursū regis da
uid cū mille viris de beniamin et
siba puer de domo saul et q̄ndecī
filij eius ac viginti ꝑui erāt cū eo
Et irrūpentes iordanē ante regez
transierūt vada vt trāsducerēt
domuz regis ⁊ facerent iuxta iussi
onē eius. Semei autē filius gera
ꝓstrat⁹ coraz rege cū iam trāsissz
iordanē dixit ad eū. Ne reputes
mihi dn̄e mi iniquitatez neq̄ me
mineris iniuriarū serui tui in die
qua egressus es dn̄e mi rex de ihe
rusalem: neq̄ ponas rex in corde

tuo. Agnosco enim seruus tuus
peccatū meū & idcirco hodie pmꝰ
veni de oī domo ioseph. descendi
q̄ in occursū dñi mei regis. Respō
dens vero abisai filiꝰ saruie dixit
Nūquid p hijs verbis nō occide
tur semei qui maledixit xpō dñi.
Et ait dauid. Quid mihi & vobis
filij saruie. Cur efficieminī mihi
hodie in sathan. Ergone hodie i
terfitiet vir in isrl. An ignoro ho
die me factū regē super israhel. Et
ait rex semei. Nō morieris Juraūit
q̄ ei. Miphiboseth q̄ filiꝰ saul de
scendit in occursū regis illotis pe
dibus & intonsa barba. vestesq̄
suas nō lauerat a die q̄ egressus
fuerat rex vsq̄ ad diē reuersionis
eius in pace Cūq̄ occurrisset regi
dixit ei rex. Quare nō venisti mecū
miphiboseth. Et rīdens ait. Dñe
mi rex seruus meus ostempsit me
Dixiq̄ ei ego famulus tuꝰ ut ster
neret mihi asinū & ascēdēs abirez
cū rege. Claudus enī sū seruꝰ tuꝰ
Insup & accusauit me seruū tuum
ad te dñm meū regē. Tu aūt dñe
mi rex sicut angelus dei es fac q̄
placitum est tibi. Neq̄ enī fuit do
mus patris mei nisi morte obno
xia dño meo regi. tu autez posuisti
me famulū tuū inter cōuiuas mense
tue Quid ergo habeo iuste querē
le aut q̄ possum vltra vociferari
ad regē. Ait ergo ei rex. Quid vl
tra loqueris. Firmū est q̄ locutꝰ
sum. Tu & siba diuidite possessio
nes. Rīditq̄ miphiboseth regi.
Etiaz cūcta accipiat post quā reuersus
est dñs meus rex pacifice i domū
suā Berzellaiq̄ galaaditesꝰ senex
valde descēdēs de rogelim trānsduxit
regē iordanē patus etiā vltra flu
uiū ꝓsequi eū. Erat aūt berzellai ga
laadites senex valde id ē octoge
nariꝰ et ipē pbuit alimēta regi cū
moraret i castris. Fuit q̄ppe vir di
ues nimis. Dixit itaq̄ rex ad ber
zellai Veni mecū ut requiescas secu
rus i ihrlm. Et ait berzellai ad re
gē. Quot sūt dies ānoꝝ vite mee
ut ascēdā cū rege i ihrlm. Octoge
nariꝰ sū hodie. Nūq̄d vigēt sēsus
mei ad discernēdū suaue & ama
rū & delectare potest famulū tuū cibꝰ
aut potꝰ vel audire possuz vltra vo
cē cātorū atq̄ cātatricū. Quare famu
lus tuus sit oneri dño meo regi Pauhu
lū ꝓcedā famulus tuus ab iorda
ne tecū. Nō indigeo hac vicissitu
dine. & obsecro ut reuertar famulus tuꝰ
& moriar i ciuitate mea & sepeliar
iuxta sepulchrū patris mei et matris
mee. Est aūt famulus tuus chamaā
ipē vadat tecū dñe mi rex et fac ei
quicquid tibi bonū videtur. Dixit
itaq̄ ei rex. Mecum transeat cha
maam & ego faciam ei quicquid
tibi placuerit & omne q̄d petieris a
me impetrabis. Cūq̄ trānissz vni
uersus ꝓpulus & rex iordanē restitit
& osculatus est rex berzellai & benī
dixit ei & ille reuersus est in locuz
suum. Transiuit ergo rex i galga
lam & chamaam cum eo. Omnis
autē populus iuda transduxerat
regem & media tm̄ pars affuerat
de populo israhel. Itaq̄ omnes vi
ri israhel cōcurrentes ad regez di
xerunt ei. Quare te furati sunt fra
tres nostri viri iuda & transduxe
runt regem et domum eius iorda
nē. omnesq̄ viros dauid cū eo. Et
rīdit oīs vir iuda ad viros isrl

Quia mihi ꝓprior est rex. Cur ira
sceris sup hac re. Nunq̄d ꝯmedi
mus aliq̄d ex rege. ā munera no
bis data sūt. Et rn̄dit vir israhel
ad viros iuda ⁊ ait. Decē ꝑtibus
maior ego sū apud regē magisq̄
ad me ꝑtinet dauid q̄ ad te. Cur
fecisti mihi iniuriā ⁊ nō mihi nū
ciatū est priori vt reducerē regem
meū. Durius autē rn̄derunt viri
iuda viris isrl. Ca. xx.

Acciditq̄ vt ibi esset vir be
lial noīe siba filius bochri
vir ieminceus ⁊ cecinit buccina ⁊
ait. Nō est nobis pars in dauid
neq̄ hereditas ī filio ysai. Reuer
tere in tabernacula tua israhel. Et
sepatus ē omnis isrl a dauid. se
cutusq̄ ē siba filiū bochri. viri āt
iuda adheserūt regi suo a iordane
vsq̄ iherusalē. Cūq̄ venissz rex ī
domū suā in iherusalē tulit decem
mulieres ꝯcubinas q̄s dereliquerat
ad custodiendā domuz et tra
didit eas in custodiā alimēta eis
p̄bens. Et nō ē ingressus ad eas
ꝫ erāt clause vsq̄ in diem mortis
sue in viduitate viuētes. Dixit āt
rex amase Conuoca m̄ omnes vi
ros iuda in diem terciū et tu ade
sto pn̄s. Abijt ergo amasa vt cō
uocaret iudā et moratus ē extra
placitū qd ei cōstituerat rex. Ait
āt dauid ad abisai. Nūc magis
afflicturus ē nos siba filiꝰ bochri
q̄ absalon Tolle ergo ꝑuos dn̄i
tui et ꝑsequere eū ne forte inueni
at ciuitates munitas et effugiat
nos. Egressi sūt ergo cum eo viri
ioab cerethiq̄ et felethi et ōnes
robusti exierūt de iherusalē: ad ꝑ
sequendū siba filiū bochri. Cūq̄
illi essent iuxta lapidē grandez q̄
est ī gabaō ⁊ amasa veniēs occur
rit eis. Porro ioab vestitus erat
tunica stricta: ad mēsurā habitꝰ
sui ⁊ desup accīctus gladio depen
dente vsq̄ ad ilia in vagina q̄ fa
brifactꝰ leui motu egredi poterat
et percutere. Dixit itaq̄ ioab ad
amasam. Salue mi frater. Et te
nuit manu dextera mentū amase
q̄si osculās eū. Porro amasa nō
obseruauit gladiū quē habebat
ioab. Qui ꝑcussit eū in latere et
effudit intestina eiꝰ ī terrā ⁊ mor
tuus est nec scd̄m vulnꝰ apposu
it. Ioab autē ⁊ abisai frat̄ eius
ꝑsecuti sūt siba filiū bochri. Inte
rea q̄dā viri cū stetissent iuxta ca
dauer amase de socijs ioab dixe
runt. Ecce q̄ esse voluit ꝓ ioab co
mes dauid. Amasa āt ꝯspersus
sanguine: iacebat in media via.
Vidit hoc q̄dā vir q̄ sb̄sistēt oīs
ꝓpl's ad vidēdū eū ⁊ amouit ama
sam de via ī agrū: operuitq̄ eū ve
stimēto ne subsisterēt trāseūtes
ꝓpter eū. Amoto ergo illo de via
trāsibat omnis vir sequēs ioab
ad ꝑsequendū siba filiuz bochri
Porro ille trāsieāt ꝑ om̄es tribꝰ
israhel vsq̄ in abelaz ⁊ ī bethma
cha omnesq̄ viri electi ꝯgregati
fuerāt ad eum. Venerūt itaq̄ ⁊
oppugnabāt eū in abela ⁊ ī beth
macha et circūdederūt municōibꝰ
ciuitatē ⁊ obsessa ē vrbs. Omnis
autē turba q̄ erat cū ioab: molie
bat̄ destruere muros Et clamauit
mulier sapiens de cīitate. Audite
audite dicite ioab: appropinqua
huc ⁊ loq̄r tecū. Qui cū accessissz
ad eā ait illi. Tu es ioab. Et ille

rūdit·Ego·Ad quez sic locuta est
Audi sermones ācille tue· Qui re
spō dit·Audio· Rursūq; illa·p mo
mḡt dicebat īn veteri pūblo·Qui
interrogāt interrogēt in abela et
sic p finiebant·Nōne ḡ fū q rūdeo
veritatē in isrl̄ a tu qris subvtere
ciuitatē a euertere matrē in isrl̄·
Quaē precipitas hereditatē dñi·
Rūdēsq; ioab ait Absit·absit hoc
a me nō precipito neq; demolior·
Nō se sic habet res· Sed homo de
monte effraim siba filius bochri
ognomine leuauit manū suā ctr̄
regē dauid· Tradite illū solū a re
cedemus a ciuitate· Et ait mulier
ad ioab Ecce caput eius mittetur
ad te p murū· Ingressa ē ergo ad
oēm ppl̄m a locuta est eis sapien
ter· Qui abscisū caput sibe filij bo
chri pieceūt ad ioab·Et ille cecī
nit tuba a recesseūt ab vrbe vn9
quisq; in tabnacula sua·Joab āt
reūfus est iherusalē ad regē·Fuit
ergo ioab sup oēm exercitū isrl̄·ba
naias autez filius ioiade sup cere
thēos a felethēos·aduraz vero fu
per tributa·porro iosaphat filius
ahilud acomentariis·Siba autē
scriba·sadoch vero a abiathar sa
cerdotes·hira aūt iharites eāt sa
cerdos dauid· Ca·xxi·

HActa ē q̄ fames in diebus da
uid trib9 annis ingis̄·Et cō
suluit dauid oraculuz dñi· dixitq;
dñs·Propt̄ saul a domū sanḡnū
q̄ occidit gabaonitas· Vocatis
ergo gabaonitis rex dixit ad eos
Porro gabaonite nō fūt de filijs
isrl̄·ſ reliq̄e amorreoruz· Filij q̄p
pe isrl̄ iurauerāt eis a voluit saul
percutere eos zelo quasi pro filijs
isrl̄ a iuda· dixit ḡ dd ad gabao
nitas·Quid fatiā vobis a qd erit
vr̄i placati ū ut bñdicatis hēditati
dñi·e dixerūtq; ei gabaonite· Nō
est nob sup argento et auro que
stio·ſ otra saul a cōtra domū ei9
neq; volumus ut interfitiatur hō
de israhel·Ad quos rex ait·Quid ḡ
vultis ut fatiā vobis·e Qui dixer̄t
regi·Virū q̄ attriuit nos et oppſ
sit im̄que ita delere debem9 ut nec
vnus q̄dē residu9 sit de stirpe ei9 i
cūctis finib9 isrl̄·Dent nob septē
viri de filijs eius ut crucifigamus
eos dño in gabaa saul quōdam
electi dñi Et ait rex·Ego dabo·Pe
percitq; rex miphiboseth filio io
nathe filij saul ꝓter iusiurādum
qd fuerat inter dauid a ionathā
filiū saul·Tulit itaq; rex duos fi
lios respha filie ahia qs peperit
saul·armoni a miphiboseth a qn̄
q̄ filios michol filie saul quos ge
nueāt hadrieli filio berzellai qui
fuit de molathi a dedit eos in ma
nus gabaonitarū qui crucifixer̄t
eos in monte coraz dño·Et cecide
rūt hij septē simul occisi in diebus
messis p̄me incipiente messione
ordei·Tollēs āt respha filia ahia
cilitiū substrauit sibi supra petrā
ab initio messis donec stillaret aq̄
sup eos de celo a nō dimsit aues
lacerare eos p diē neq; bestias p
noctē·Et nūtiata sunt dauid que
fecerat respha filia ahia ocubina
saul·Et abijt dauid a tulit ossa sa
ul a ossa ionathe filij eius a viris
iabes galaad q̄ furati fuerāt ea
de platea bethsan in q̄ suspēderāt
eos philistijm cū interfecissent saul
in gelboe a asportauit im̄ ossa saul

et ossa ionathe filij eius ⁊ colligē
tes ossa eoꝝ q̄ affixi fuerāt: sepeli
erūt ea cū ossib⁹ saul et ionathe
filij eius: in terra beniamin ī latē
sepulchri cis p̄ris saul Fecerūtq̄
omnia q̄ p̄ceperat rex ⁊ repropici
atus ē deus terre post hec. Factū
ē autē rursū p̄liū philistinoꝝ ad
uersū isrl ⁊ descēdit dauid ⁊ ꝑui
ei⁹ cū eo ⁊ pugnabāt cōtra phi
listym. Deficiēte āt dauid. iesbi
denob q̄ fuit de genere arafa cui⁹
ferrū haste trecentas vncias ap
pēdebat et accinct⁹ erat ense no
uo: nisus ē ꝑcutē dauid: p̄sidioq̄
ei fuit abisai filius saruie et ꝑcus
sū philisteū interfecit. Tūc iuraue
rūt viri dauid dicentes. Jam nō
egredieris nobiscū in bellū: ne ex
tinguas lucernā isrl. Scd̄z q̄ fuit
bellū ī gob: ꝯtra philisteos Tūc
ꝑcussit sobochai de vsathi: zaph
de stirpe arafa: de genere gigantū
Terciūq̄ fuit bellū in gob cōtra
philisteos in quo percussit adeo
datus fili⁹ saltus polimitari⁹ be
thleemites goliath getheuz cui⁹
hastile haste erat quasi liciatori
ū texentiū. Quartū bellum fuit in
geth ī quo vir fuit excelsus q̄ se
nes in manib⁹ pedibusq̄ hēbat
digitos id ē viginti ⁊ quatuor et
erat de origīe arafa ⁊ blasphema
uit isrl. Percussit autem eū iona
thas filius sammaa frīs dauid
Hij q̄tuor nati sūt de arafa ī geth
⁊ ceciderūt in manu dauid et ser
uoꝝ eius. Ca. xxij.

Locutus est aūt dauid dn̄o
verba carminis huius ī die
qua liberauit eū dn̄s de maū oīm
inimicoꝝ suoꝝ ⁊ de manu saul Et
ait. Dn̄s petra mea ⁊ robur meuz
⁊ saluator me⁹. Deus dn̄s fortis
me⁹: sperabo in eū. Scutū meuz et
cornu salutis mee. eleuator me⁹
⁊ refugiū meum. saluator me⁹ de
iniq̄tate liberabis me. Laudabilē
inuocabo dn̄m et ab inimicis me
is saluus ero. Quia circūdederūt
me cōtricōes mortis. torrentes be
lial t̄ruerūt me Funes īferi c̄cūdede
rūt me p̄uenerūt me laq̄i mortis In
tribulacōe mea inuocabo dn̄m ⁊
ad deū meū clamabo Et exaudiet
de tēplo sancto suo vocē meam ⁊
clamor me⁹ veniet ad aures eius
Cōmota est ⁊ ꝯtremuit t̄ra: fūda
mēta montiū ꝯcussa sūt et ꝯquas
sata. qūo irat⁹ ē eis. Ascendit fu
mus de narib⁹ ei⁹ et ignis de ore
eius vorauit. carbones succēsi sūt
ab eo. Et inclinauit celos ⁊ descē
dit ⁊ caligo sub pedibus eius. Et
ascendit sup cherubin et volauit
et lapsus ē sup pēnas vēti. Et po
suit tenebras in circuitu suo lati
bulū cribrās aq̄s de nubibus ce
lorū. Pre fulgore in ꝯspcū ei⁹ nu
bes. succēsi sūt carbones ignis To
nabit de celo dn̄s ⁊ excels⁹ dabit
vocē suā Misit sagittas suas ⁊ dis
sipauit eos: fulgura et ꝯsumpsit
eos. Et apparuerūt effusiōes maīs
et reuelata sūt fūdamēta orb̄. ab
increpacōne dn̄i. ab inspiracōne
spūs furoris eius. Misit de celo ⁊
assumpsit me et traxit me de aq̄s
multis. Liberauit me ab inimico
meo potētissimo et ab hijs q̄ ode
rāt me: qūo robustioēs me erāt.
Preuenit me ī die afflictiōis mee
⁊ factus ē dn̄s firmamentū meuz
Et eduxit me ī latitudinē. liberauit

me qꝛ ꝯplacui ei. Retribuet mihi
dñs scd̄m iustitiā meā ⁊ scd̄m mū
ditiaꝫ manuū meaꝝ reddet mihi.
Quia custodiui vias dñi ⁊ nō egi
impie a deo meo. Oīa em̄ iudicia
eius in ꝯspcū meo ⁊ precepta ei⁹
nō amoui a me Et ero ꝑfect⁹ corā
eo ⁊ custodiā me ab iniq̄tate mea
Et restituet m̄ dñs scd̄m iustitiaꝫ
meā ⁊ scd̄m mūditiā manuū mea
rū in ꝯspcū oculoꝝ suoꝝ Cū sācto
sāctus eris ⁊ cū robusto ꝑfectus.
Cū electo electus eris ⁊ cū ꝑuerso
subūteris. Et ꝓpl'm pauperē saluū
faties. oculisq̄ tuis excelsos humi
liabis. Quia tu lucerna mea dñe
⁊ tu dñe illuminab̄ tenebras me
as In te em̄ curraꝫ accinctus ī deo
meo trāsiliaꝫ murū. Deus imma
culata via eius eloquiū dñi igne
examinatū scutū est oīm sperātiū
in se. Quis ē deus p̄ter dñm et q̄s
deus fortis p̄ter deū nr̄m. Deus q̄
accinxit me fortitudine ⁊ cōplana
uit ꝑfectā viā meā. Coequans pe
des meos ceruis ⁊ sup excelsa mea
statuēs me. Docēs manus meas
ad p̄liū ⁊ ꝯponēs q̄si arcū ereum
brachia mea. Dedisti mihi clipeū
salutis tue ⁊ māsuetudo mea mul
tiplicauit me. Dilatabis gressus
meos subtus me ⁊ nō defitiēt tali
mei. Persequar inimicos meos ⁊
ꝯterā ⁊ nō ꝯuertar donec cōsumā
eos. Cōsumā eos ⁊ ꝯfringā ut n̄
ꝯsurgāt cadēt sub pedibus meis.
Accinxisti me fortitudine ad pre
liū incuruasti resistētes mihi sub
tus me Inimicos meos dedisti m̄
dorsū: odientes me ⁊ dispdā eos.
Clamabūt ⁊ non erit qui saluet
ad dominū et non exaudiet eos

Delebo eos ut puluerē terre q̄i lu
tū plateaꝝ ꝯminuā eos atq̄ ꝯfrī
gaꝫ. Saluabis me a cōtradictōni
bus ꝓpl'i mei custodies me ī caput
gētiū. Populus queꝫ ignoro ſui
et mihi. filij alieni resistent m̄. au
ditu auris obediēt mihi Filij alie
ni defluxerūt ⁊ ꝯtrahent̄ in angu
stijs suis. Viuit dñs et bn̄dictus
deus meus ⁊ exaltabit̄ deus fortis
salutis mee. Deus qui das vindi
ctas mihi ⁊ deicis populos sb̄ me
Qui educis me ab inimicis meis
⁊ a resistētib⁹ mihi eleuas me a vi
ro iniquo liberab̄ me. Propterea
ꝯfitebor tibi dñe in gētib⁹ ⁊ nomi
ni tuo cātabo. Magnificāti salutē
regis sui ⁊ fatiēti misericordiā xp̄o
suo dauid ⁊ semini ei⁹ in sēpit̄nū.

Hec autē sūt v̄ba Ca. xxiij.
nouissima q̄ dixit dauid fili
us ysai. Dixit vir cui ꝯstitutū ē de
cristo dei iacob egregi⁹ psaltes is
rahel. Spiritus dñi locutus est ꝑ
me ⁊ sermo ei⁹ ꝑ linguā meā. Di
xit: de⁹ isrl̄ m̄ locutus ē: fortis isrl̄
dominator hoīm iust⁹ ⁊ dñator
in timore dei Sicut lux aurore oriē
te sole mane absq̄ nubibus ruti
lat ⁊ sicut pluuijs germīat herba
de t̄ra. Nec tn̄ta ē dom⁹ mea apud
deū ut pactū eternū iniret mecum
firmū in oīb⁹ atq̄ munitū. Cūcta
ei sal⁹ mea ⁊ oīs volūtas nec ē q̄c
q̄ ex ea qd̄ nō germinet. Preuari
catores aūt q̄i spine euellēt̄ vniū
si q̄ nō tollūt̄ manib⁹ Et si q̄s tan
gere voluerit eas armabit̄ ferro
⁊ ligno lanceato. igneq̄ succense
ꝯburēt̄ vsq̄ ad nihilū Hec noīa
fortiū dd̄. Dauid sedēs ī cathedra
sapientissim⁹ p̄nceps inter tres.

Ipse est q̄si tenerrimus ligni ver
miculus. q̄ octingentos ĩterfecit
impetu vno. Post hūc eleazar fi
lius patrui ei⁹ ahoites inter tres
fortes q̄ erāt cū dauid quādo ex
probrauerūt philistijm et cōgre
gati fūt illuc in p̄liuz. Cūq; ascen
dissent filij isrl̄ ipse stetit et pcus
sit philisteos: donec deficeret ma
nus ei⁹ et obrigesceret cū gladio
Fecitq; dn̄s salutē magnā in die
illa ⁊ populus qui fugerat reuer
sus est ad cesorū spolia detrahen
da Et post hūc sāmaa fili⁹ agge
de arari. Et ɔgregati sunt philisti
im in stacōne. Erat q̄ppe ibi ager
lente plenus. Cūq; fugisset ppl̄s
a fatie philistijm stetit ille in me
dio agri et tuitus est eū. Percus
sitq; philisteos ⁊ fecit dn̄s salutē
magnam. Necnō et ante descēde
rāt tres qui erant principes inter
triginta ⁊ venerāt tpe messis ad
dauid in spelūcā adollaz. Castra
āt philistinoꝝ erāt posita ĩ valle
gigantū et dauid erat in p̄sidio
porro statio philistinorū tūc erat
in bethleem desiderauit ergo da
uid ⁊ ait. O si quis m̄ daret potū
aque de cisterna q̄ est ĩ bethleem
iuxta portā. Irruperūt ergo tres
fortes castra philistinorū ⁊ hau
serūt aquaz de cisterna bethleem
q̄ erat iuxta portā ⁊ attulerūt ad
dauid. At ille noluit bibē. ꝫ liba
uit illaz dn̄o dicēs Propicius sit
mihi dn̄s: ne fatiā hoc. Nū sang
uinem hōim istoꝝ q̄ profecti sunt
et aīaꝝ periculū bibam. Noluit
ergo bibere. Hec fecerunt tres ro
bustissimi. Abisaiq̄ frater ioab
filius saruie: p̄nceps eāt de trib⁹

Ipse est q̄ leuauit hastā suā ɔtra
trecentos q̄s interfecit: noīatus
in tribus ⁊ ĩter tres nobilior erat
q; eoꝝ princeps sed vsq; ad tres
p̄mos nō puenerat. Et banaias
fili⁹ ioiade viri fortissimi magno
rū operuz de capseel. Ipse pcussit
duos leones moab ⁊ ipse descen
dit ⁊ pcussit leonē in media cister
na in dieb⁹ niuis. Ipseq̄ interfe
cit virū egiptiū virū dignum spe
ctaculo habentē in maū hastam
Itaq; cū descendissz ad eū ĩ virga
vi extorsit hastā de manu egiptij
et int̄fecit eū hasta sua Hec fecit
banaias fili⁹ ioiade. Et ip̄e noīa
tus inter tres robustos q̄ erāt int̄
triginta nobiliores. verūtamen
vsq; ad tres nō pueneāt. Fecitq;
eū sibi dauid auicularīū a secreto
Asahel frater ioab inter triginta
Eleanan fili⁹ patrui ei⁹ de bethle
em. Sēma de arari. Elicha de aro
di. Heles de phalti. Hira filius
acces de thecua. Abieser de ana
thot Mobōnai de vsathi. Selmō
ahoites Macharai netophatites
Eleph fili⁹ baana ⁊ ip̄e netopha
tites. Itai filius ribai de gebeeth
filioꝝ beniamin. Banai pharato
nites. Heldai de torrente gaas.
Albialbon arbathites. Azma
ueth de beromi Eliaba de salboni
Filij iasen: ionathan. Semma
de orodi. Haiam filius sarar aro
thites. Eliueleth filius aasbai.
filij maachati. Heliā filius achi
tofel gelonites. Esrai de carmelo
Farai de arbi Igaal fili⁹ nathan
de soba. Bonni de gaddi Selech
de āmoni. Naarai berothites ar
mig̃ ioab filij saruie Hira ihet̄tes

Gareb ⁊ ipē ihetrites. Vrias ethe
us. Oēs trigītaseptē. Ca. xxiiij.
Et addidit furor dñi irasci
ɔtra israhel: ɔmouitq; da
uid in eis dicētez ad ioab. Vade
nūera israhel ⁊ iudā. Dixitq; rex
ad ioab principez exercitus sui.
Perambula omēs tribus isrl̄. a
dan vsq; ad bersabee ⁊ numeāte
populū ut sciā numerū eius. Dix
itq; ioab regi. Adaugeat dñs de
us tuꝰ ad populū tuum quātus
nūc est: iterūq; cētuplicet in cōspe
ctu domini mei regis. Sed quid si
bi dominꝰ meꝰ rex vult ī re huius
cemodi. Obtinuit autez sermo re
gis verba ioab ⁊ pn̄cipū exercitꝰ
Egressusq; ē ioab ⁊ pn̄cipes mili
tum a facie regis ut numeārēt po
pulum israhel. Cūq; pertrāsissent
iordanē venerūt in aroer ad dexte
ram vrbis que est in valle gad ⁊
p iazer trāsierūt in galaad ⁊ in ter
rā inferiorē hodsi ⁊ venerūt ī dan
siluestria Circueūtesq; iuxta sydo
nē trāsierūt ꝓpe menia tyri ⁊ om
nē terram euei ⁊ chananei: vene
rūtq; ad meridiē iuda ī bersabee
⁊ lustrata vniuersa terra affuerūt
post nouez mēses et viginti dies
in iherusalez Dedit ergo ioab nu
merū descripcōnis populi regi. Et
inuenta sūt de israhel octingenta
milia virorꝫ forciuz qui educerēt
gladiū ⁊ de iuda quingēta milia
pugnatorꝫ. Percussit aūt cor da
uid eū postq̄ nūeratus ē populꝰ
Et dixit dauid ad dñm. Peccaui
valde in hoc facto sed p̄cor domīe
ut trāsferās iniq̄tatē ſui tui. qꝛ stul
te egi nimis Surrexit itaq; dd̄ ma
ne ⁊ ſmo dñi factꝰ ē ad gad ꝓphe
tā ⁊ vidētē dd̄ dicēs Vade ⁊ loq̄re
ad dd̄. Hec dicit dñs Triū tibi da
tur opcō elige vnū qd̄ volueis ex
hijs ut faciā tibi. Cūq; vēissz gad
ad dd̄ nūciauit ei dicēs. Aut sep
tē ānis vēiet tibi fames ī terra tua
Aut tribꝰ mēsibz fugies adūsari
os tuos ⁊ illi te ꝑseqn̄t: aut certe
tribꝰ diebꝰ erit pestilentia in ter
ra tua. Nunc ergo delibera ⁊ vide
quem respondeaz ei qui me misit
sermonem. Dixit autē dauid ad
gad. Coartor nimis. Sed melius
est ut incidiā in manus domini:
multe enim misericordie eiꝰ sūt:
q̄ ī manꝰ hominū. Immisitq; do
minꝰ pestilenciā in israhel de māe
vsq; ad tempus cōstitutū ⁊ mor
tui sunt ex populo a dan vsq; ber
sabee septuaginta milia virorum
Cūq; extendissz manū suaz ange
lus domini sup iherusalez ut disp
deret eā: misertus est dominꝰ sup
afflictione ⁊ ait angelo percuciē
ti populū. Sufficit nūc ɔtine ma
nū tuam Erat aūt angelꝰ domini
iuxta areā areuna ihebusei. Dixit
q; dauid ad dominū cum vidissz
angelū cedētem populū. Ego sum
qui peccaui ⁊ ego inique egi isti q̄
oues sūt quid fecerūt. Vertatur
obsecro manꝰ tua cōn̄ me ⁊ ɔtra
domū p̄ris mei. Venit aūt gad ꝓ
pheta ad dauid in die illa ⁊ dixit
ei. Ascēde ⁊ cōstitue altare dño: in
area areuna ihebusei. Et ascendit
dauid iuxta sermonē gad quē p̄
cepat ei dñs Cōspitiēsq; areuna
animaduertit regē ⁊ ſuos eiꝰ trāsi
re ad se ⁊ egressus adorauit regez
ꝓno vultu ī t̄rā ⁊ ait Quid cause ē
ut vēiat dñs meꝰ rex ad ſuū suū.

Cui dauid ait. Vt emam a te are
am ⁊ edificē altare dño ⁊ cessꝫ int̄
fectio q̄ grassat̄ in populo. Et ait
areuna ad dauid. Accipiat ⁊ of
ferat dñs meꝰ rex: sicut placet ei
Habes boues ī holocaustū ⁊ plau
strū ⁊ iuga boū in vsū lignorum.
Omnia dedit areuna regi. Dixitq̄
areuna ad regeꝫ. Dñs deus tuus
suscipiat votū tuū Cui respondēs
rex ait. Nequaq̄ vt vis ꝫ emam
p̄cio a te et nō offerā dño d̄o meo
holocausta gratuita. Emit ergo
dauid areā ⁊ boues argenti sidis
quinquagīta ⁊ edificauit ibi da
uid altaē dño ⁊ obtulit holocau
sta et pacifica. Et repropiciatꝰ ē
dñs terre ⁊ cohibita ē plaga ab
israhel. ⁘

Explicit. liber regū scd̄s.
Incipit tercius. Ca. p̄mū.

A

AT rex dauid senue
rat: habebatq̄ eta
tis plurimos dies.
Cūq̄ opiretur vesti
bus nō calefiebat.
Dixerūt ergo ei serui sui Queramꝰ
dño nr̄o regi adolescētulā v̄ginez
⁊ stet corā rege ⁊ foueat eū dormi
atq̄ in sinu suo ⁊ calefatiat dñm
nr̄m regē. Quesierūt igit̄ adolescē
tulā spetiosā in omnibꝰ finibꝰ isrl̄
⁊ inuenerunt abisac sunamitē ⁊
adduxerūt eam ad regē. Erat autē
puella pulchr̄ nīs: dormiebatq̄
cū rege ⁊ ministrabat ei: rex vero
nō ꝯgnouit eā. Adonias aūt fili
us aggith eleuabat̄ dicēs. Ego re
gnabo. Fecitq̄ sibi currus ⁊ equi
tes ⁊ quinq̄gīta viros q̄ currerēt
ante eū. Nec corripuit eū pater
suus aliquando dicēs. Quare hoc
fecisti. Erat autez ⁊ ipse pulcher
valde: scd̄us natu post absolō Et
sermo eius cū ioab filio saruie ⁊
cū abiathar sacerdote: q̄ adiuua
bāt ptes adonie. Sadoch vero sa
cerdos et banaias filiꝰ ioiade et
nathan ꝓpheta ⁊ semei ⁊ cerethi
⁊ felethi ⁊ om̄e robur exercitus
dauid nō erat cum adonia. Imo
latis ergo adonias arietibꝰ et vi
tulis ⁊ vniūsis pinguibus iuxta
lapidē zoeleth q̄ erat vicinꝰ fonti
rogel: vocauit vniuersos fratres
suos filios regis et oēs viros iu
da seruos regis. nathan aūt pro
phetā ⁊ banaiā ⁊ robustos q̄sq̄
⁊ salomonē frēm suū nō vocauit
Dixit itaq̄ nathan ad bethsabee
matrē salomonis. Nū audisti q̄
regnauerit adonias filiꝰ aggith
⁊ dñs noster dauid hoc ignoāt.
Nūc ergo veni accipe ꝯfiliū a me
⁊ salua animā tuā filiq̄ tui salo
monis. Vade ⁊ ingredē ad regē
dauid ⁊ dic ei. Nonne tu dñe mi
rex iurasti m̄ ancille tue dicens q̄
salomon filiꝰ tuꝰ regnabit post
me ⁊ ip̄e sedebit ī solio meo. Qua
re ergo regn̄t adonias. Et adhuc
ibi te loquente cū rege ego veniā
post te ⁊ ꝯplebo s̄mones tuos In
gressa ē itaq̄ bethsabee ad regeꝫ
in cubiculo. Rex aūt senuerat ni
mis ⁊ abisac sunamitis ministra
bat ei. Inclinauit se bethsabee ⁊
adorauit regē. Ad quā rex: q̄d ti
bi inq̄t vis. Que rn̄dens ait dñe
mi tu iurasti p dñm deū tuū ancil
le tue salomon filius tuus regna
bit post me ⁊ ip̄e sedebit in solio

B.

meo et ecce nunc adonias regnat
te dñe mi rex ignorãte. Mactauit
C. boues ⁊ pinguia queq; ⁊ arietes
plurimos et vocauit om̃es filios
regis. abiatharq̃ sacdotẽ ⁊ ioab
principẽ militie. salomonẽ aũt ser
uũ tuũ nõ vocauit Verũtam̃ dñe
mi rex in te oculi respitiunt totius
israhel ut indices eis q̃s sedẽ debe
at in solio tuo dñe mi rex post te.
Eritq; cũ dormierit dñs meus rex
cũ patribus suis: erimus ego ⁊ fi
lius me⁹ salomõ peccatores. Ad
huc illa loquẽte cũ rege: nathan
ꝓpheta venit. Et nuntiauerũt regi
dicẽtes. Adest nathã ꝓpha. Cũq;
introisset in cõspcũ regis ⁊ adoras
set eũ ꝓnus in terrã: dixit nathã
dñe mi rex tu dixisti adonias reg
net post me ⁊ ipe sedeat sup thro
nũ meũ. Quia descendit hodie et
ymolauit boues ⁊ pinguia ⁊ arie
tes plurimos ⁊ vocauit vniũsos
filios regis ⁊ principes exercitus
abiatharq̃ sacerdotẽ. illisq; vescẽ
tib⁹ ⁊ bibẽtib⁹ corã eo ⁊ dicẽtib⁹
viuat rex adonias me ꝑuũ tuũ et
sadoch sacerdotẽ ⁊ banaiam filiũ
ioiade ⁊ famulũ tuũ salomonẽ nõ
vocauit. Nũquid a dño meo rege
exiuit hoc v̄bũ ⁊ m̃ nõ indicasti ꝑ
uo tuo q̃s sessurus esset sup thro
nũ dñi mei regis post eũ. Et rñdit
D. rex dd̃ dicẽs. Vocate ad me beth
sabee. Que cũ fuissꝫ ingressa coraꝫ
rege ⁊ stetissꝫ añ eũ. iurauit rex et
ait Viuit dñs q̃ eruit aĩaꝫ meam
de omni angustia. q̃ sicut iuraui
tibi ꝑ dñm deũ isrl̃ dicẽs: salomõ
filius tu⁹ regnabit post me ⁊ ipse
sedebit sup soliũ meũ ꝓ me sic fa
tiaꝫ hodie. Sũmissoq; bethsabee i
terrã vultu: adorauit regẽ dicens
Viuat dominus meus rex dauid
in eternũ Dixitq; rex dauid Voca
te mihi sadoch sacerdotẽ ⁊ nathã
ꝓphetã ⁊ banaiã filiũ ioiade. Qui
cũ ingressi fuissent corã rege dixit
ad eos. Tollite vobiscũ seruos do
mini vr̃i ⁊ imponite salomonẽ fi E.
liũ meũ sup mulã meam ⁊ ducite
eũ in gion ⁊ vngat eũ ibi sadoch
sacerdos ⁊ nathã ꝓpha in regẽ su
per isrl̃ Et canetis buccina atq; di
cetis. Viuat rex salomõ. Et ascen
detis post eũ ⁊ veĩetis in ihrl̃m et
sedebit sup soliũ meũ ⁊ ipe regbit
ꝓ me illiq; p̃cipiã ut sit dux super
isrl̃ ⁊ sup iudã. Et rñdit banaias
fili⁹ ioiade regi dicens. Amen. Sic
loquatur dñs deus dñi mei regis
Qũo fuit dñs cũ dño meo rege sic
sit cũ salomone ⁊ sublimi⁹ fatiat
solium eius a solio dñi mei regis
dauid. Descẽdit ergo sadoch sacer
dos ⁊ nathã ꝓpha ⁊ banaias fili
us ioiade ⁊ cerethi ⁊ felethi ⁊ ipo
fuerũt salomonẽ sup mulaꝫ regis
dauid ⁊ adduxerẽt cũ in gion. Sũ
psitq; sadoch sacerdos cornu olei
de tabnaculo ⁊ vnxit salomonẽ ⁊
cecinerũt buccina ⁊ dixit oĩs ꝓpl̃s
Viuat rex salomõ. Et ascẽdit vni F.
uersa multitudo post eũ ⁊ ꝓpl̃s ca
nentiũ tibijs ⁊ letantium gaudio
magno ⁊ insonuit terra a clamo
re eoꝝ. Audiuit ãt adonias ⁊ oẽs
qui ĩuitati fuerãt ab eo. Jãq; ꝯui
uiũ finitũ erat. Sꝫ et ioab audita
voce tube ait. q̃d sibi vult clamor
cĩtatis tumultuãtis. Adhuc illo
loquẽte ionathan fili⁹ abiathar
sacdotis veĩt. Cui dixit adoĩas. In
gredẽ q̃ vir fortis es ⁊ bõ nũtiãs

Rñditq; ionathā adonie. Neq̄q̄
dñs em̄ noster rex dauid regē cō
stituit salomonē: misitq; cū eo sa
doch sacerdotē ⁊ nathan ꝓphetaꝫ
⁊ banaiaꝫ filiū ioiade ⁊ cerethi ⁊
felethi ⁊ imposuerūt eū sup mulā
r̄gis. Vnxer̄tq; eū sadoch sacdos
⁊ nathan ꝓpheta regē in gion et
ascenderūt inde letātes et īsonuit
ciuitas. Hec ē vox quā audistis
Sꝫ ⁊ salomō sedet sup soliuꝫ r̄gni
⁊ ingressi s̄ui regis benedixerunt
dño nr̄o regi dauid dicētes. Am
plificet deus nomē salomōis sup
nomē tuū ⁊ magnificet thronuꝫ
eius sup thronū tuū Et adorauit
rex in lectulo suo: insup et hec lo
cutus est. Bñdcūs dñs deus isrl̄
q̄ dedit hodie sedentē ī solio meo
videntibus oculis meis. Territi
sūt ergo ⁊ surrexer̄t oēs q̄ inuita
ti fuerant ab adonia et iuit vnus
quisq; in viā suā. Adonias autē
timēs salomonē surrexit et abijt
ī tabernaculū dñi: tenuitq; cornu
altaris. Et nūtiauerūt salomoni
dicētes Ecce adonias timens regē
salomonē tenet cornu altaris di
cens. Juret mihi rex salomon ho
die: q̄ ñ int̄ficiat s̄uū suū gladio
Dixitq; salomon. Si fuerit vir bo
bonus nō cadet ne vnus quidē ca
pillus eiꝰ in terrā. sinautē malū
inuentū fuerit ī eo: morieť. Misit
ergo rex salomon ⁊ eduxit eū ab
altari ⁊ ingressus adorauit regeꝫ
salomonem. Dixitq; ei salomon
Vade in domū tuā. Ca. ij.

Appropinquauerūt aūt dies
dauid vt moreret̄: p̄cepitq;
salomoni filio suo dicēs. Ecce ego
ingredior viā vniuerse terre Con
fortare ⁊ esto vir fortis ⁊ obs̄ua
vt custodias mādata dñi dei tui
vt ābules ī vijs eiꝰ ⁊ custodias
cerimōias eiꝰ ⁊ p̄cepta eiꝰ ⁊ iudi
cia ⁊ testiōia. sic̄ scriptū ē in lege
moysi vt intelligas vniūsa q̄ fa
cis ⁊ q̄cūq; te v̄teris vt cōfirmet
dñs s̄mones suos: q̄s locutus ē
dñs de me dicens. Si custodierīt
filij tui vias meas ⁊ ābulauerīt
corā me in veritate. in omni corde
suo ⁊ in omni aīa sua: nō auferet̄
tibi vir de solio isrl̄ Tuq̄ nosti q̄
fecerit mihi ioab filiꝰ saruie. que
fecerit dnobꝰ p̄ncipibꝰ exercitus
israhel. abner filio ner ⁊ amase fi
lio iether quos occidit ⁊ effudit
sanguinem belli in pace. ⁊ posuit
cruorē p̄lij in baltheo suo q̄ erat
circa lūbos eiꝰ et in calciamento
suo qd̄ erat ī pedibꝰ eius. Faties
ergo iuxta sapīaꝫ tuā et nō dedu
ces canicie eiꝰ pacifice ad inferos
Sed et filijs berzellai galaaditis
reddes gratiā: erūtq; ꝯmedētes in
mensa tua. Occurrerūt em̄ mihi
qñ fugiebā a fatie absalō fratris
tui. Habesq̄ apd̄ te semei filiuꝫ
gera filij iemini de baurim q̄ male
dixit mihi maledictione pessima
qñ ibā ad castra. Sed q̄ descēdit
mihi in occursū cū trāsirem iorda
nē ⁊ iuraui ei p dñm dicēs: nō te
interficiā gladio tu noli pati euꝫ
esse innoxiū. Vir autē sapiēs es
vt scias que faties ei: deducesq; ca
nos eiꝰ cū sanguine ad inferos.
Dormiuit igit̄ dauid cū prībꝰ su
is ⁊ sepultꝰ est in ciuitate dauid
Dies autē q̄bus regnauit dauid
sup isrl̄ q̄draginta anni sunt. In
ebron regnauit septem annis: in

ihꝛusalē trigintatribus. Salomō
aūt sedit sup thronū dauid pr̄is
sui ⁊ firmatū est regnū ei⁹ nimis
Et ingressus est adonias fili⁹ ag
gith ad bethsabee matrē salomo
nis. Que dixit ei Pacificus ne est
ingressus tuus. ⁊ Qui rñdit. Paci
ficus. Addiditq; Sermo mihi ē
ad te. Cui ait. Loquere. Et ille tu
quit nosti q̄ meū erat regnum ⁊
me ꝓposuerat oīs israhel sibi i re
gē. ꝙ trāslatū est regnū ⁊ factū est
fratris mei A dño em̄ cōstitutū ē
ei. Nūc ergo petitionē vnā precor
a te: ne confundas faciez meā. Que
dixit ad eum. Loquere. Et ille ait
Precor ut dicas salomoni regi ne
q̄ enim negare tibi quicq̄ tibi po
test ut det mihi abisac sunamitez
vxorē. Et ait bethsabee. Bene ego
loquar ꝓ te rege Venit ergo beth
sabee ad regē salomonē ut loque
retur ei ꝓ adonia. Et surrexit rex in
occursū eius. adorauitq; eam ⁊ se
dit sup thronū suū Positusq; est
thron⁹ mr̄i regis que sedit ad dex
teraz eius: dixit q̄ ei. Petitionem
vnam paruulā ego deprecor a te
ne confundes faciez meaz. Et dixit ei
rex. Pete mater mea. Neq; enim
fas est ut aūtam faciē tuam. Que
ait. Detur abisac sunamitis ado
nie fratri tuo vxori. Respōditq; rex
salomon ⁊ dixit matri sue. Quare
postulas abisac sunamitē adōie.
Postula ei ⁊ regnuz. Ipse est em̄
frater meus maior meus ⁊ habet abia
thar sacerdotez et ioab filiū saruie.
Jurauit itaq; rex salomō ꝓ dñm
dicēs. Hec faciat mihi deus ⁊ hec ad
dat. q̄ contra aīam suā locutus est
adonias vbū hodie. Et nūc vivit dñs
qui firmauit me et collocauit me
sup solium dauid pr̄is mei ⁊ q̄ fecit
mihi domū sicut locutus ē. q̄ hodie
occidet adonias. Misitq; rex salo
mō ꝓ manū banaie filij ioiade q̄
interfecit eū ⁊ mortuus est. Abia
thar q̄q; sacerdoti dixit rex. Vade in
anathot ad agrū tuū. Et q̄dez vir
mortis es. ꝙ hodie nō te interfitiā
q̄ portasti archā dñi dei coram dō
patre meo ⁊ sustinuisti laborez in
oī⁹ in q̄b⁹ laborauit pater me⁹
Eiecit g̃ salomō abiathar ut nō
essz sacerdos dñi ut impleret ꝓmo
dñi quē locutus ē sup domū heli i
silo. Venit āt nūtius ad salomo
nē q̄ ioab declinasset post adoniā
⁊ post salomonē non declinasset.
Fugit g̃ ioab in tabernaculū dñi ⁊
apprehēdit cornu altaris. Nūtiatū
q; est regi salomoni q̄ fugisset io
ab in tabernaculū dñi ⁊ esset iuxta
altare. Misitq; salomō banaiāfi
liū ioiade dicēs. Vade interfice eū
Et venit banaias ad tabernaculū
dñi ⁊ dixit ei. Hec dicit rex. Egrede
re. Qui ait. Nō egrediar. ꝙ hic mo
riar. Renūtiauit banaias regi ser
monez dicēs. Hec locutus ē ioab
⁊ hec locutus est mihi. Dixitq; ei
rex. Fac sicut locutus est ⁊ interfi
ce eū ⁊ sepeli⁊ amouebis sanguinē
innocentē qui effusus est a ioab
a me ⁊ a domo patris mei ⁊ reddet
dominus sanguinez eius super ca
put eius. quia interfecit duos vi
ros iustos meliores q̄ se ⁊ occidit
eos gladio patre meo dauid ig
norante. abner filium ner princi
pem militie israhel ⁊ amasaz filiū
gether principē exercitus iuda Et
reuertet sanguis illoꝝ i caput ioab.

et in caput seminis ei⁹ in sempit̄
nū. Dauid aūt ⁊ semini eius ⁊ do
mui ⁊ throno illi⁹ sit pax vsq̄ in
eternū a dn̄o. Ascendit itaq̄ ba
naias fili⁹ ioiade et aggressus eū
int̄fecit: sepultusq̄ est ī domo sua
in deſ̄to. Et ꝯstituit rex banaiaꝫ
filiū ioiade ꝓ eo sup exercitū ⁊ sado
ch sacerdotē posuit ꝓ abiathar Mi
sitq̄ rex ⁊ vocauit semei dixitq̄ ei
Edifica tibi domū in iherusalem ⁊
habita ibi et nō egredieris inde
huc atq̄ illuc. Quacūq̄ aūt die
egressus fueris et trāsieris torrē
tem cedron: scito te int̄fitiendu⁊.
Sanguis tuus erit sup caput tuū
dixitq̄ semei regi. Bonus sermo
Sicut locut⁹ est dn̄s me⁹ rex: sic
faciet seru⁹ tu⁹. Habitauit itaq̄
semei in ihrl̄m dieb⁹ multis. Fa
ctū est aūt post ānos tres: vt fu
gerent serui semei ad achis filiū
maacha regē geth. Nūciatumq̄
est semei ꝙ serui ei⁹ issent ī geth
Et surrexit semei ⁊ strauit asinu⁊
suū: iuitq̄ ad achis in geth ad re
quirendū seruos suos ⁊ adduxit
eos de geth. Nūciatū ē autē regi
salomoni ꝙ isset semei ī geth de
ihrl̄m ⁊ redisset Et mittens voca
uit eū dixitq̄ illi. Nōne testifica
tus sū tibi ꝑ dn̄m et p̄dixi tibi: q̄
cūq̄ die egressus fueris huc et il
luc. scito te esse moriturū. Et rn̄di
sti mihi. Bon⁹ ſmo quē audiui
Quare ergo nō custodisti iusiurā
dū dn̄i ⁊ p̄ceptū qđ p̄ceperā tibi.
Dixitq̄ rex ad semei. Tu nosti oē
malū cuius tibi cōsciū est cor tuū
qđ fecisti dauid p̄ri meo. Reddi
dit dn̄s maliciaꝫ tuam in caput
tuū ⁊ rex salomon benedictus et
thronus dauid erit stabilis corā
dn̄o vsq̄ in sēpiternū Iussit itaq̄
rex banaie filio ioiade q̄ aggress⁹
ꝑcussit eū ⁊ mortu⁹ ē. Ca. iij.

Confirmatū est igit̄ regnum
in manu salomonis et affi
nitate cōiūctus ē pharaoni regi
egipti. Accepit nāq̄ filiā eius et
adduxit in ciuitatē dauid: donec
ꝯpleret edificans domū suā et do
mū dn̄i ⁊ murū iherusalē ꝑ circui
tū. Attamē ꝓpl̄s ymolabat in ex
celsis. Nō em̄ edificatū erat tem
plū nomini dn̄i vsq̄ in diē illum
Dilexit autē salomō dn̄m ambu
lans in preceptis dauid p̄ris sui
excepto ꝙ in excelsis ymolabat.
⁊ accēdebat thimiama. Abijt ita
q̄ in gabaon vt ymolaret ibi. Il
lud q̄ppe erat excelsū maximum.
Mille hostias ī holocaustū obtu
lit salomon sup altare illud in ga
baon. Apparuit aūt dn̄s salomo
ni ꝑ somniū nocte dicēs. Postu
la q̄d vis vt dem tibi. Et ait salo
mō Tu fecisti cū seruo tuo dauid
patre meo mīam magnam sicut
ābulauit in ꝯspcū tuo in veritate
⁊ iusticia ⁊ recto corde tecū Custo
disti ei misericordiaꝫ tuā grādem
⁊ dedisti ei filiū sedentē sup thro
nū sicut ē hodie. Et nūc dn̄e deus
tu regnare fecisti seruum tuum ꝓ
dauid p̄re meo. Ego aūt sū puer
puulus ⁊ ignorās egressum ⁊ in
troitū meū et seruus tu⁹ ī medio
ē populi quē elegisti: ꝓpl̄i infiniti
q̄ enumerari ⁊ supputari n̄ potest
pre multitudine. Dabis ergo ser
uo tuo cor docile vt ꝓpl̄um tuū iu
dicare possit ⁊ discernē īter bonū
⁊ malū. Quis em̄ poterit iudicare

populū istum: populū tuū hūc
multū. ℣ Placuit ergo ꝓmo coraz
domino q salomō postulasz hu
iusmodi rem. Et dixit dominus
salomoni. Quia postulasti verbū
hoc a non petisti tibi dies mltos
nec diuitias aut animas inimico
rū tuoz. sed postulasti tibi sapiē
tiaz ad discernendū iudiciū. ec
ce feci tibi scōm ꝓmones tuos. Et
dedi tibi coz sapiens a intelligens
intīū ut nullꝰ ante te similis tui
fuerit nec post te surrecturus sit.
Sed et hec que non postulasti de
di tibi diuitias scilicet et gloriam
ut nemo fuerit similis tui i regibꝰ
cūctis retro diebus. Si aūt ambu
laueris in viis meis a custodieis
precepta mea a mandata mea sic
ambulauit pater tuus. lōgos fa
ciam dies tuos. Igitur euigilauit
salomon a intellexit q esset som
niū. Cūq venisset ihrusalē stetit
corā archa federis dñi et obtulit
holocausta a fecit victimas paci
ficas a grāde conuiuiū vniuersis fa
mulis suis. Tūc venerūt due mlie
res mētrices ad regē. steterūtq co
rā eo. Quarū vna ait. Obsecro mi
dñe ego a mulier hec hītabam⁹
in domo vna et peperi apud eam
in cubiculo. Tertia autē die post
q ego peperi: peperit et hec. Et era
mus simul. nullusq alius nobis
cū in domo exceptis nob duabus
Mortuus est autē filius mulieris
huius nocte. Dormiens quippe
oppressit eum. Et cōsurgens in tē
pestate noctis silentio: tulit filiuz
meum de latere meo ācille tue dor
mientis et collocauit in sinu suo.
suū autē filiū qui eāt mortuus po
suit in sinu meo. Cūq surrexissez
mane ut darē lac filio meo appa
ruit mortuus. Quē diligētius itu
ens data luce deprehēdi n esse meū
quē genuerā. Ñndit q altēa muli
er. Nō est ita. ſ filiꝰ tuꝰ mortuꝰ ē
meus aūt viuit. Ecōtrario illa di
cebat. Mentiris. Filius q̄ppe meꝰ
viuit a filius tuꝰ mortuus ē. Atq
in hūc modū ꝯtēdebāt corā rege.
Tūc rex ait. Hec dicit filius meꝰ
viuit a filius tuꝰ mortuꝰ ē et ista
rñdet nō. ſ filius tuꝰ mortuꝰ est a
filius meus viuit. Dixit g rex. Af
ferte m gladiū. Cūq attulissent
gladiū corā rege ait. diuidite īfā
tē viuū in duas ptes a date dimi
diā ptē vni a dimidiā ptem alteri
dixit āt mulier cuiꝰ filiꝰ eāt viuꝰ
ad regē. ꝯmota fuit quippe viscera
eiꝰ sup filio suo Obsecro dñe date
illi infātē viuū a nolite mterficē eū
Ecōtrario illa dicebat. Nec mi nec
tibi sit. ſ diuidat. Ñndit rex a ait
date huic īfātē viuū a nō occida
tur. hec ē em mr eius. Audiuit ita
q oīs isrl iudiciū qđ iudicasset
rex a timuerūt regē videntes sapiē
tiā dei esse i eo ad faciēdū iudiciū.

Erat āt rex salomō Ca. iiij.
regnās sup oēz isrl ahij pnci
pes qs hēbat Azarias filiꝰ sadoch
sacdotis helioreph ahia filij sesa
scribe iosaphat filiꝰ ahiłud a ꝯ
tarijs Banaias filiꝰ ioiade sup exci
tū. Sadoch aūt a abiathar sacdo
tes. azarias filiꝰ nathā sup eos q
assistebāt regi. sabud filiꝰ nathā
sacdos aicꝰ regis a abisar ꝓpositꝰ
domus a adonirā filiꝰ abda super
tributa Habebat aūt salomō du
odecī prefectos sup omnē israhel.

qui p̄bebāt ānonā regi et domui
eius Per singulos em̄ menses in
anno singuli necessaria ministra
bant. Et hec noīa eorū. Benhur
in monte effraim Bendecar ī mac
ces ⁊ in salebim ⁊ ī bethsames et
in helon ⁊ in bethanan. Benesed
in araboth. Ip̄ius em̄ erat socho
⁊ omnis terra epher. Benabina
dab. cui⁹ omnis nephador: tha
phet filiaꝫ salomōis habebat vx
orem. Bana fili⁹ ahilud regebat
thanach ⁊ magedo ⁊ vniuersaꝫ
bethsan q̄ est iuxta sarthana sb̄
ter iesrahel: a bethsan vsq̄ abel
meula eregiōe iecmaā Bengaber
in ramoth galaad habebat auo
thiair filij manasse ī galaad. Ip̄e
p̄erat in omni regione argob q̄ ē
in basan: sexaginta ciuitatib⁹ ma
gnis atq̄ muratis q̄ habebāt se
ras ereas. Ahinadab fili⁹ addo
p̄erat in manaim. Achimaas in
neptalim Sed ⁊ ipse habebat ba
semath filiā salomonis ī ꝯiugio
Banaa fili⁹ husi ī aser ⁊ ī baloth
Josaphat fili⁹ pharue ī ysachar
Semei fili⁹ hela in beniamin. Ga
ber fili⁹ furi in terra galaad et in
t̄ra seon regis amorrei ⁊ og regis
basan sup̄ omnia q̄ erāt ī illa t̄ra
Juda ⁊ israhel innūerabiles sicut
arena maris in multitudine: ꝯme
dentes ⁊ bibentes atq̄ letātes Sa
lomon aūt erat ī ditione sua ha
bens oīa regna secū a flumine t̄re
philistijm vsq̄ ad terminū egip
ti offerentiuꝫ sibi munera ⁊ serui
entiū ei cūctis dieb⁹ vite ei⁹. Erat
aūt cib⁹ salomonis p̄ dies singu
los triginta chori simile et sexa
ginta chori pharine. decez boues
pingues ⁊ viginti boues pascua
les et centū arietes excepta vena
tione ceruoꝝ capreaꝝ atq̄ buba
lorū ⁊ auium altiliū. Ip̄e em̄ ob
tinebat omnē regionē q̄ eāt trās
flumē q̄si a thapsa vsq̄ ad gazā
⁊ cūctos reges illaꝝ regionū ⁊ ha
bebat pacē ex omni p̄te ī circuitu
Habitabatq̄ iuda et isrl̄ absq̄
timore vllo vn⁹ q̄sq̄ sub vite sua
et sb̄ ficu sua. a dan vsq̄ bersabee
cunctis dieb⁹ salomonis. Et ha
bebat salomon q̄draginta milia
p̄sepia equoꝝ curialiū ⁊ duodecī
milia equestriū: nutriebātq̄ eos
supradicti regis prefecti. ꝫ ⁊ neces
saria mense regis salomonis cū
ingēti cura prebebāt ī tp̄e suo Or
deum q̄ ⁊ paleas equoꝝ ⁊ iumen
toꝝ deferebāt in locū vbi eāt rex
iuxta cōstitutū sibi. Deditq̄ deus
sapīam salomoni ⁊ prudētiā mul
tā nimis ⁊ latitudinem cordis q̄si
arenam que est in litore maris ⁊
p̄cedebat sapīa salomonis sapi
entiā omniū orientaliū et egipti
orū ⁊ eāt sapientior cūctis hōib⁹
Sapientior ethā ezraite et hemā
et calchal ⁊ dorda filijs maol et
erat noīat⁹ in vniūsis gentib⁹ p̄
circuitū Locutus est q̄ salomon
tria milia parabolas ⁊ fuerūt car
mina ei⁹ quīq̄ milia. Et disputa
uit sup̄ lignis a cedro q̄ est ī liba
no vsq̄ ad isopuꝫ q̄ egreditur de
pariete ⁊ disseruit de iumentis ⁊
volucribus ⁊ reptilib⁹ et piscib⁹
Et veniebant de cunctis p̄plis ad
audiendā sapīam salomonis et
ab vniuersis regib⁹ terre q̄ audi
ebant sapientiam eius. ⁘

Capitulum quintuꝫ.

Misit q̄ hirā rex tiri seruos suos ad salomonem. Audiuit em̄ q̄ ipsū vnxissent regē sup isr̄l pro patre eius. q̄ amicus fuerat hirā dauid omni tpe. Misit aut̄ salomon ad hiraz dicēs. Tu scis voluntatem dauid patris mei & q̄ nō potuerat edificare domū nōi domini dei sui p̄ter bella imminētia per circuitū donec daret dñs eos sub vestigio pedū eius. Nūc aut̄ requiē dedit deus meus mihi p circuitū & non est satan neq̄ occursus malus. quā ob rez cogito edificare tēplū nomini dñi dei mei sic̄ locutus ē dauid patri meo dicēs Filius tuus quē dabo p te sup solium tuū ipse edificabit domū nomini meo. Precipe igitur ut precidāt mihi serui tui cedros de libano et serui mei sint cū seruis tuis mercedē aūt seruorū tuoz dabo tibi quācūq̄ petieris. Scis em̄ quōnon est in pplo meo vir qui nouerit ligna cedere sicut sydonij. Cumergo audisset hirā verba salomonis. letatus est valde et ait. Benedictus dñs deus hodie qui dedit dauid filiū sapientissimū super populū hunc plurimū Et misit hirā ad salomonē dicēs. Audiui q̄cūq̄ mādasti mi. Ego fatiā oēm voluntatē tuā in lignis cedrinis & abiegnis. Serui mei deponent ea de libano ad mare & ego ponā ea in ratibus in mari vsq̄ ad locū quē significaueris mihi & applicabo ea ibi & tu tolles ea Prebebisq̄ necessaria mihi ut detur cibus domui mee. Itaq̄ hirā dabat salomoni ligna cedrina et ligna abiegna iuxta oēm voluntatē eius. Salomō autez prebebat hirā vigīti milia choros tritici in cibū domui ei⁹ et vigīti choros purissimi olei hec tribuebat salomō hiraz p singulos annos. Dedit q̄ dñs sapientiā salomoni sicut locutus est ei & erat pax inter hirā & salomonē & percusserūt ābo fedus. Elegit q̄ rex salomō operarios de omni isr̄l et erat indictio trigīta milia virorū Mittebatq̄ eos in libanū decē milia p menses singulos vicissim ita ut duob⁹ mēsib⁹ essent in domib⁹ suis. Et admiraz erat sup huiusce modi indictionē. Fuerūt itaq̄ salomoni septuagīta milia eorū qui onera portabāt & octogīta milia latomoz in mōte absq̄ ppositis q̄ erāt singul⁹ opib⁹ numero triuz miliū & trecētoz p̄cipiētiū pplo & hijs q̄ fatiebāt opus Precepit q̄ rex ut tollerēt lapides grandes lapides p̄cios̄ in fūdamētū tēpli & quadrarēt eos q̄s dolauerūt cemētarij salomonis & cemētarij hirā Porro biblij pparauerūt lignā & lapides ad edificādū domū. Ca. vi.

Factū est ǵ quadrīgētesimo & octogesimo āno egressionis filioz isr̄l de terra egipti in anno q̄rto mēse zio ipse ē mēsis secūdus regni salomonis sup isr̄l. edificare cepit domū dño. Domus aūt quā edificabat rex salomon dño hēbat sexagīta cubitos in lōgitudie & vigīti cubitos in latitudine et trigīta cubitos in altitudine. Et porticus erat añ tēplū vigīti cubitoz longitudis iux̄ mēsurā latitudinis templi et habebat decem cubitos latitudis añ faciez tēpli. fecitq̄ in tēplo fenestras obliq̄s.

Et edificauit sup pietē tēpli tabu
lata p girū in parietib⁹ dom⁹ per
circuitū tēpli ⁊ oraculi ⁊ fecit late
ra in circuitu. Tabulatū qd̄ subt̄
erat quīq; cubitos habebat lati
tudinis ⁊ mediū tabulatū sex cu
bitoꝝ latitudinis ⁊ tertiū tabula
tū septē habēs cubitos latitudīs
Trabes aūt posuit in domo p cir
cuitū forinsecus vt nō hererēt mu
ris tēpli. Domus aūt cū edificaē
tur: de lapidib⁹ dolatis atq; pfe
ctis edificata est ⁊ malleus ⁊ secu
ris et om̄e ferramentū nō sūt au
dita in domo cū edificaētur. Osti
um lateris medij in piete erat do
mus dextre ⁊ per cocleam ascende
bāt in mediū cenaculū ⁊ a medio
in terciū Et edificauit domū ⁊ ꝯsū
mauit eam. Texitq̄ domū laque
arib⁹ cedrinis et edificauit tabu
latū sup omnē domū quīq; cubi
tis altitudīs et operuit domū lig
nis cedrinis. Et factus est sermo
dn̄i ad salomonē dicēs. Domus
hec quā edificas si ambulaueris
in p̄ceptis meis ⁊ iudicia mea fe
ceris ⁊ custodieris oīa mandata
mea gradiens p ea: firmabo s̄mo
nem meū tibi quē locutus sū ad
dauid patrē tuū ⁊ habitabo ī me
dio filiorū isrl̄ ⁊ nō derelinquam
ꝓplm meū isrl̄. Igit̄ edificauit sa
lomon domū ⁊ ꝯsūmauit eam Et
edificauit parietes domus intrin
sec⁹ tabulatis cedrinis a pauimē
to domus vsq; ad sūmitatē parie
tū ⁊ vsq; ad laquearia ⁊ operuit
lignis cedrinis intrinsec⁹ et texit
pauimentū domus tabulis abie
gnis. Edificauitq; viginti cubito
rū ad posteriorem partē templi.

tabulata cedrīa a pauimēto vsq;
ad supiora ⁊ fecit interiorē domū
oraculi in sanctū sanctoꝝ. Porro
q̄draginta cubitoꝝ eāt ip̄m tem
plū ꝓ forib⁹ oraculi ⁊ cedro ōnis
domus intrinsecus vestiebat̄ ha
bens tornaturas ⁊ iūcturas suas
fabrefactas ⁊ celaturas eminen
tes Omnia cedrinis tabulis vesti
ebant̄: nec omnino lapis apparē
poterat in pariete. Oraculū autē
in medio domus in interiori pāte
fecerat vt poneret ibi archā fede
ris dn̄i. Porro oraculū habebat
viginti cubitos longitudīs et vi
ginti cubitos latitudīs ⁊ viginti
cubitos altitudīs ⁊ operuit illud
atq; vestiuit auro purissimo Sed
et altare vestiuit cedro. Domūq̄
ante oraculū operuit auro purissi
mo ⁊ affixit laminas clauis aure
is. Nihilq; erat in tēplo qd̄ non
auro tegeret̄. Sed ⁊ totum altare
oraculi texit auro. Et fecit in oracu
lo duo cherubī de lignis oliuarū
decē cubitoꝝ altitudīs Quinq; cu
bitorū ala cherub vna et quinq;
cubitorū ala cherub altera: id ē
decē cubitos hn̄tes a sūmitate ale
vsq; ad ale alterius sūmitatē. De
cemq̄ cubitoꝝ eāt cherub secūd⁹
in mensura pari ⁊ opus vnū eāt
in duob⁹ cherubin: id ē altitudi
nē habebat vnus cherub decē cu
bitoꝝ ⁊ similit̄ cherub scd̄us Po
suitq; cherubī ī medio tēpli interi
oris. Extendebant aūt alas suas
cherubin ⁊ tāgebat ala vna pa
rietē ⁊ ala cherub secūdi tāgebat
parietē alterū: ale aūt altē ī medi
a pte tēpli seīuicē ꝯtingebāt. Te
xitq̄ cherubī auro. Et oēs pietes

templi per circuitū sculpsit variis
celaturis ⁊ torno. Et fecit ī eis che
rubin ⁊ palmas et picturas vari
as quasi ꝓminentes de pariete ⁊
egredientes. Sed ⁊ pauimētū do
mus texit auro intrinsecꝰ ⁊ extrin
secus. Et in ingressu oraculi fecit
duo ostiola de lignis oliuarū. po
stesq; āgulorꝫ quinq; ⁊ duo ostia
de lignis oliuarꝫ. Et sculpsit in eis
picturā cherubin ⁊ palmarꝫ speci
es ⁊ anaglifa valde ꝓminentia ⁊
texit ea auro et operuit tam cheru
bin q̄ palmas et cetera auro. Fe
citq; in introitu tēpli postes de lig
nis oliuarꝫ quadrāgl'atos ⁊ duo
ostia de lignis abiegnis altrinse
cus ⁊ vtrūq; ostiū duplex erat et
seinuicē tenens aperiebat. Et scul
psit cherubin et palmas ⁊ celatu
ras valde eminētes. opuitq; oīa
laminis aureis ope quadro ad
regulā. Et edificauit atriū interiꝰ
tribus ordinibus lapidū polito
rū ⁊ vno ordine lignorum cedri.

Anno quarto fun Ca. vij.
data est domus dñi in mēse
zio ⁊ ī anno vndecimo mēse ebul
ipse est mensis octauus ꝑfecta ē
domus in omni opere suo et ī vni
uersis vtēsilibus edificauitq; eā
annis septē. Domū aūt suā edifi
cauit salomon tredecim annis et
ad perfectū vsq; perduxit. Edifica
uitq̄ domū saltus libani centū cu
bitorꝫ longitudinis et quinq̄gin
ta cubitorꝫ latitudinis ⁊ triginta
cubitorꝫ altitudinis ⁊ quatuor de
ambulatoria int̄ columnas cedri
nas. Ligna quippe cedrina excide
rat ī columnas ⁊ tabulatis cedri
nis vestiuit totā cameram q̄ qua
draginta quinq; colūnis sustēta
bat. Vnus āt habebat colūnas
quindecim ɔtra seinuicē positas ⁊
e regione se respicientes eq̄li spa
tio inter colūnas ⁊ super colūnas
quadrāgulata ligna in cūctis eq̄
lia. Et porticū colūnarū fecit quin
quaginta cubitorꝫ longitudinis
⁊ triginta cubitorꝫ latitudinis et
alterā porticū in fatiē maioris por
ticus ⁊ colūnas ⁊ epistilia sup co
lūnas fecit Porticūq̄ solij in qua
tribunal est fecit ⁊ texit lignis ce
drinis a pauimēto vsq; ad sūmi
tatē et domūcula in q̄ sedebat ad
iudicādū erat ī medio porticu fili
opere Domūq̄ fecit filie pharao
nis quā vxorē duxerat salomō ta
li ope quali ⁊ hāc porticū. Oīa la
pidibꝰ p̄ciosis q̄ ad normā quā
dā atq; mēsurā tam intrinsecꝰ q̄
extrinsecus serrati erāt a fūdamē
to vsq; ad sūmitatē pietū ⁊ intri
secus vsq; ad atriū maius. Fun
damēta aūt de lapidibus p̄ciosis
lapidibꝰ magnis decez siue octo
cubitorꝫ ⁊ desup lapides p̄ciosi eq̄
lis mēsure secti erāt. similiterq; de
cedro. Et atriū maius rotūdū triū
ordinū de lapidibꝰ sectis ⁊ vnius
ordinis de dolata cedro nec nō ⁊ in
atrio domus dñi interiori ⁊ in por
ticu domus. Misitq; rex salomō ⁊
tulit hirā de tyro filiū mulieris vi
due de tribu neptalim p̄re tyrio
artificē erariū ⁊ plenū sapīa ītelli
gētia ⁊ doctrina ad faciēd oē opꝰ
ex ere. q̄ cū veīssz ad regez salomo
de īfirmitate mea hac. Iuit igitur
azahel ī occursuz ei⁹ hn̄s secū mu
nera ⁊ oīa bō damasci onera qua
dragīta cameloꝝ. Cūq; stetisset
corā eo ait. Fili⁹ tu⁹ benadab rex
sirie misit me ad te dicēs. Si sana
ri potero de īfirmitate mea hac.
Dixitq; ei helise⁹. Vade dic ei. Sa
naberis. Porro on̄dit m̄ dn̄s: q̄
morte morietur. Stetitq; cū eo et cō
turbat⁹ est vsq; ad suffusionem
vult⁹. Fleuitq; vir dei Cui azahel
ait. Quaē dn̄s me⁹ flet. At ille di
xit. Quia scio q̄ facturus sis filijs
isrl' mala. Ciuitates eoꝝ mūitas
igne succēdes ⁊ iuuenes eoꝝ īter
ficies gladio ⁊ puulos eoꝝ elides
⁊ pregnātes diuides. Dixitq; asa
hel. Quid eī sū seru⁹ tu⁹ canis vt
fatiā rē istā magnā. Et ait helise⁹
On̄dit mihi dn̄s te regē syrie fore
Qui cū recessisset ab heliseo venit
ad dn̄m suū. Qui ait ei. Quid tibi
dixit heliseus. At ille rn̄dit. Dixit
mihi recipies sanitatē. Cūq; veīs
set dies altera: tulit stragulū ⁊ in
fudit aquā ⁊ expādit sup fatiem
ei⁹. Quo mortuo regnauit asahel
ꝓ eo Anno quīto iorā filij achab
regis isrl' regnauit iorā fili⁹ iosa
phat rex iuda. Trigītaduorum

annoꝝ erat cū regnare cepisset ⁊
octo ānis regnauit in ihrl'm. Ambu
lauitq; ī viis regū isrl': sicut ābu
lauerat dom⁹ achab. Filia enim
achab erat vxor eius. Et fecit qd
malū ē ī ꝯspectu dñi. Noluit autē
dñs dispdere iudā ꝓpt dauid ser
uū suū: sic ꝓmiseāt ei ut daret illi
lucernā ⁊ filijs ei⁹ cunctis dieb⁹.
In dieb⁹ ei⁹ recessit edō ne eēt sb
iuda ⁊ ꝯstituit sibi regē. Venitq;
iorā seira ⁊ oīs exercitus cū eo. Et
surrexit nocte. ꝑcussitq; ydumeos
q̄ eū cōcūdederāt ⁊ pn̄cipes curruū;
Popul⁹ autē fugit in tabnacula
sua. Recessit g̊ edō ne eēt sb iuda
vsq; ad diē hāc. Tūc recessit ⁊ lob
na in tpe illo. Reliq̄ autē sermo
nū iorā ⁊ vniuersa q̄ fecit: nonne
hec scripta sūt ī libro verboꝝ dieꝝ
regū iuda. Et dormiuit iorā cū pa
trib⁹ suis. sepultusq; est cū eis in
ciuitate dauid ⁊ regnauit ochozi
as fili⁹ ei⁹ ꝓ eo. Anno duodecīo
ioraꝫ filij achab regis isrl': regna
uit ochozias fili⁹ iorā regis iude.
Vigītiduoꝝ ānoꝝ eāt ochozias
cum regnare cepissꝫ ⁊ vno āno re
gnauit ī ihrl'ꝫ. Nomē mr̄is ei⁹ ata
lia filia āri regis isrl' ⁊ ābulauit ī
viis dom⁹ achab ⁊ fecit qd malū
ē corā dño sicut dom⁹ achab. Ge
ner em̄ dom⁹ achab fuit Abijtq̄
cū iorā filio achab ad p̄liādū cō
tra asahel regē syrie ī ramoth ga
laad ⁊ vulnerauerūt syri iorā. Qui
reuersus ē ut curaret ī iesrahel q̄a
vulneāuerūt eū syri ī ramoth p̄
liantē ꝯtra asahel regē syrie. Por
ro ochozias filius iorā rex iuda de
scēdit īuisere iorā filiū achab ī ies
rahel. qꝛ egrotabat ibi. Ca. ix.

Helise⁹ aūt ꝓphes vocauit vnū
de filijs ꝓpharū ⁊ ait illi. Ac
cīge lumbos tuos ⁊ tolle lēticulā
olei hāc in manu tua ⁊ vade in ra
moth galaad. Cūq; veneris illuc
videb' iehu filiū iosaphat filij nā
si. Et īgressus suscitab' eū de medio
fratꝝ suoꝝ ⁊ ītroduces in īteri⁹ cu
biculū. tenēsq; lēticulā olei fūdes
sup caput ei⁹ ⁊ dices Hec dicit do
min⁹. Vnxi te regē sup isrl'. Aperi
esq; ostiū ⁊ fugies ⁊ non ibi subsi
stes. Abijt g̊ adolescēs puer ꝓphe
in ramoth galaad ⁊ ingressus ē
illuc. Ecce aūt pn̄cipes exercitus se
debāt. Et ait Verbū m̄ ad te o pn̄
ceps. dixitq; iehu. Ad quē ex om
nibus nob'. At ille dixit. Ad te o
pn̄ceps. Et surrexit ⁊ īgressus ē cu
biculū. At ille fudit oleū super ca
put ei⁹. Et ait. Hec dicit dñs deus
isrl'. Vnxi te rēgē sup ꝓpl'm dñi isrl'
⁊ ꝑcuties domū achab dñi tui. Et
vlciscar sāguinē suoꝝ meoꝝ pro
phaꝝ ⁊ sāguinē oīm seruoꝝ dñi
de māu iezabel. ꝑdāq; oēm domū
achab Et int'fitiā de domo achab
mingētē ad parietē ⁊ clausū ⁊ no
uissimū in isrl'. Et dabo domū ach
ab sic domū ieroboā filij nabath
⁊ sicut domū baasafilij achia Ihe
sahelq̄ ꝯmedēt canes ī agro iesra
hel: nec erit q̄ sepeliat eā. Aperuit
q; ostiū ⁊ fugit. Iehu āt īgressus
ē ad seruos dñi sui. Qui dixerūt ei.
Rectene sūt oīa. Quid veīt īsan⁹
iste ad te. Qui ait eis. Nostis ho
minē ⁊ q̄d locut⁹ sit. At illi respō
derūt. Falsū ē. ꝫ magis narra no
bis. Qui ait eis. Hec ⁊ hec locut⁹
est mihi. Et ait. Hec dicit domi
nus. Vnxi te regem super israhel.

Festinauerūt itaq; ⁊ vn⁹ q̄sq; tol
lens palliū suū posuerūt sb̄ pedib⁹
ei⁹ ī silitudinē tribunal et cecine
rūt tuba atq; dixerūt. Regnabit ie
hu. Cōiurauit g̊ iehu filius iosa
phat filij namsi ɔtra iorā. Porro
ioraz obsederat ramoth galaad
ipe ⁊ oīs isrl ɔtra asahel regē sirie
⁊ reūsus fuerat vt curaret ī iesra
hel ꝓpt vulnera. q̄ ꝑcusserāt euz
syri p̄liantē ɔtra asahel regē syrie
Dixitq; iehu. Si placet vob̄ nemo
egrediat ꝓfugus de cītate: ne va
dat ⁊ nūtiet ī iesrahel. Et ascēdit
⁊ ꝓfect⁹ ē ī iesrahel. Iorā eī egro
tabat ibi ⁊ ochozias rex iuda de
scēderat ad visitādū iorā. Igitur
speculator q̄ stabat sup turrim ies
rahel vidit globū iehu veniētis
Et ait. Video ego globū. Dixitq;
iorā. Tolle currū ⁊ mitte ī occursū
eorū ⁊ dicat vadēs. Rectene sunt
oīa. Abijt g̊ q̄ ascēderat currū in
occursū ei⁹. Et ait. Hec dic̄ rex Pa
cata sūt oīa. Dixitq; iehu. Quid
tibi ⁊ paci. Trāsi et sequē me. Nū
ciauitq̄ speculator dicēs Veīt nū
tius ad eos ⁊ n̄ reūtit. Misit etiaz
currū equoꝝ scd̄m: veītq; ad eos
⁊ ait. Hec dicit rex. Nūq̄d pax ē.
Et ait iehu. Quid tibi ⁊ paci. Trā
si ⁊ sequē me. Nūtiauit āt specula
tor dicēs. Venit vsq; ad eos ⁊ n̄
reūtit. Est āt īcessus q̄si īcessus ie
hu filij namsi. Preceps eī gradit
Et ait iorā. Jūgite currū. Jūxerūtq;
currū ei⁹. Et egressus ē ioram rex
isrl ⁊ ochozias rex iuda singuli ī
curribꝰ suis. Egressiq; sūt ī occur
sū iehu ⁊ inuenerūt eū ī agro na
both iesrahelite. Cūq; vidissz iorā
iehu: dixit. Pax est iehu. At ille
rn̄dit. Que pax. Adhuc fornica
cōnes iezabel matris tue ⁊ venefi
tia eius multa vigēt. Cōuertit āt
ioram manū suā et fugiēs ait ad
ochoziaz. Insidie ochozia. Porro
iehu tetēdit arcū manu ⁊ ꝑcussit
ioraz int̄ scapulas et egressa ē sa
gitta ꝑ cor ei⁹: statimq; corruit ī
curru suo. Dixitq; iehu ad bada
char ducē. Tolle ꝓice eū in agro
naboth iesrahelite. Memini eī qn̄
ego ⁊ tu sedētes ī curru seq̄bamur
achab p̄rez huius: q̄ dn̄s onus
hoc leuauerit sup eū dicēs Si n̄ ꝓ
sanguine naboth ⁊ ꝓ sāguine fi
liorū ei⁹ quē vidi heri ait dn̄s: red
dam tibi ī agro isto dic̄ dn̄s Nūc
g̊ tolle ⁊ ꝓice eū ī agro iuxta v̄bū
dn̄i. Ochozias aūt rex iuda vidēs
hoc fugit ꝑ viā domus orti: ꝑsecu
tusq; ē eū iehu ⁊ ait. Etiā hūc ꝑcu
tite ī curru suo. Et ꝑcusserūt eū in
ascēsu gaber q̄ ē iux̄ ieblaam Qui
fugit ī mageddo ⁊ mortuus ē ibi.
Et īposuerūt eū serui ei⁹ sup curruz
suū ⁊ tulerūt ī ihrl̄m: sepelierūtq; in
sepulcro cū p̄rib⁹ suis ī cītate da
uid. Anno vndecīo ioraz filij ach
ab regis isrl regnauit ochozias sup
iudā venitq; iehu ī iesrahel. Por
ro iezabel ītroitu ei⁹ audito depin
xit ocl̄os suos stibio et ornauit ca
put suū ⁊ respexit ꝑ fenestrā īgre
diētē iehu ꝑ portā ⁊ ait. Nunq̄d
pax p̄t esse zamri: q̄ īt̄fecit dn̄z su
ū. Leuauitq; iehu fatiē suā ad fe
nestrā ⁊ ait. Que ē ista. Et īclina
uerūt se ad eū duo vel tres eunu
chi ⁊ dixerūt. Hec ē illa iezabel At
ille dixit eis. Precipitate eā deorsū
Et p̄cipitauerūt eā. Aspersusq; ē sa
guine paries ⁊ equorum vngule

ɔculcauerūt eā. Cūq; ītrogressus
eēt ut comederet biberetq; ait. Ite
⁊ videte maledictam illā ⁊ sepelite
eā. qꝛ filia regis ē Cunq; issent ut
sepelirēt eaꝫ: nō īuenerūt n̄ calua
riā ⁊ pedes ⁊ sūmas manꝰ. Reuersi
q; nūtiauerūt ei. Et ait iehu. Ser
mo dn̄i ē quē locutꝰ ē p seruū suū
heliaꝫ tesbitē dicēs. In agro iesra
hel comedēt canes carnes iezabel
Et erūt carnes iezabel sicut stercꝰ
sup fatiē terre in agro iesrahel: ita
ut pretereuntes dicant. Heccine
est illa iezabel. Ca. x.

A. ERāt aūt achab septuagīta
filij ī samaria. Scripsit g̊ ie
hu litteras ⁊ misit ī samariaꝫ ad
optīates ciuitatis et ad maiores
natu ⁊ ad nutritios achab dicēs
Statī ut acceperitis litteās has q̄
hētis filios dn̄i vr̄i ⁊ currꝰ ⁊ eq̄s
⁊ ciuitates firmas ⁊ arma: eligite
meliorē ⁊ eū q̄ vob̄ placuerit de fi
lijs dn̄i vr̄i ⁊ eū ponite super soliū
pr̄is sui ⁊ pugnate ꝓ domo dn̄i ve
stri. Timuerūt illi vehement̄ ⁊ di
xerūt. Ecce duo reges nō potuerūt
stare corā eo ⁊ qūo nos valebimꝰ
resistere. Miserūt g̊ p̄positi domꝰ
⁊ p̄fecti ciuitatis ⁊ maiores natu
B. ⁊ nutricij ad iehu dicētes. Serui
tui sumꝰ: quecūq; iusseris fatiemꝰ
nec ɔstituemꝰ nob̄ regē. Quecūq;
tibi placēt fac. Rescripsit aūt eis
lr̄as secūdo dicens. Si mei estis ⁊
obeditis m̄: tollite capita filioꝝ do
mini vr̄i ⁊ venite ad me hac eadē
hoā cras in iesrahel. Porro filij re
gis septuagīta viri apud optima
tes ciuitatis nutriebant̄. Cūq; ve
nissent littere ad eos: tulerūt fili
os regis ⁊ occiderūt septuaginta
viros ⁊ posuerūt capita eoꝝ in co
phinis ⁊ miserūt ad eū ī iesrahel
Venit aūt nūtiꝰ ad eū ⁊ īdicauit
ei dicēs. Attulerūt capita filioꝝ re
gis. Qui r̄ndit. Ponite ea ad du
os aceruos iux̄ introitū porte vsq;
mane. Cūq; diluxisset egressus ē
⁊ stans dixit ad oēm ꝓpl'm. Justi
estis Si ego ɔiuraui contra dn̄m C.
meū ⁊ interfeci eū: q̄s pcussit oēs
hos. Videte g̊ nūc qm̄ nō cecidit
de sermonibꝰ dn̄i ī terrā q̄s locu
tus ē dn̄s sup domū achab et do
minꝰ fecit qd̄ locutus ē in manu
serui sui helie. Percussit igit̄ iehu
oēs qui r̄liq̄ erāt de domo achab
in iesrahel ⁊ vniūsos optīates eiꝰ
⁊ notos ⁊ sacerdotes: donec non re
manerent ex eo reliq̄e. Et surrexit
⁊ venit ī samariā. Cūq; venissꝫ ad
camerā pastoꝝ ī via: īuenit frēs
ochozie regis iuda. dixitq; ad eos
Qui nā estis vos. q̄ r̄nderūt Frēs
ochozie sumꝰ ⁊ descēdimꝰ ad salu
tādos filios regis ⁊ filios regine.
Qui ait. Cōprehēdite eos viuos
Quos cū ɔprehēdissent viuos: iu D.
gulauerūt eos ī cisterna iux̄ came
rā q̄dragītaduos viros ⁊ nō reli
q̄t ex eis quēq̄. cūq; abissꝫ īde īue
nit ionadab filiuꝫ rechab ī occur
sū sibi ⁊ bn̄dixit ei. Et ait iehu ad
eū. Nūq̄d ē cor tuū rectū cū corde
meo sic̄ cor meuꝫ cū corde tuo. Et
ait ionadab Est. Si ē inq̄t da ma
nū tuā. q̄ dedit ei manū suā At ille
leuauit eū ad se ī currū. dixitq; ad
eū. Veī mecū ⁊ vide zelū meū pro
dn̄o. Et īpositu ī curru suo duxit ī
samariā Et pcussit oēs q̄ reliq̄ fue
rāt de achab ī samaia vsq; ad vnū
iux̄ verbū dn̄i qd̄ locutꝰ ē p heliā

Congregauit ergo iehu omnem
ꝓplm ⁊ dixit ad eos. Achab colu
it baal parũ. ego ãt colaꝫ eũ am
plius. Nũc igit oẽs ꝓphetas baal
⁊ vniuſos seruos ei⁹ et cũctos sa
cerdotes ip̃ius vocate ad me. Nul
lus sit q̃ nõ veniat. Sacrifitiũ em̃
grãde ẽ mihi baal. Quicũqꝫ defu
derit non viuet. Porro iehu fatie
bat hoc ĩsidiose vt dispdẽt culto
res baal. Et dixit. Sãctificate dieꝫ
sollemnẽ baal Vocauitqꝫ ⁊ misit
in vniuſos t̃minos isrl ⁊ venerũt
cũcti serui baal. Nõ fuit residuus
ne vn⁹ q̃dem q̃ nõ veniret. Et ĩgres
si sũt templũ baal. Et repleta est
dom⁹ baal a fũmo vsqꝫ ad fũmũ
Dixitqꝫ hijs q̃ p̃erant sup vestes
Proferte vestimẽta vniuſis ſuis
baal. Et ꝓtulerũt ei vestes. Ingres
susqꝫ iehu ⁊ ionadab filius rech
ab templũ baal: ait cultorib⁹ ba
al. Perq̃rite ⁊ videte ne q̃s forte
vobiscũ sit de seruis dñi. ſꝫ vt sint
serui baal soli. Ingressi sũt igitur
vt facerẽt victimas ⁊ holocausta
iehu aũt preparauerat sibi foris
octogĩta viros ⁊ dixerat eis. Qui
cũqꝫ fugerit de hõinib⁹ hijs quos
ego adduxero in man⁹ vrãs: aĩa
eius erit ꝓ aĩa illius. Factũ ẽ aũt
cũ ꝯpletũ essꝫ holocaustũ: p̃cepit
iehu militibus ⁊ ducib⁹ suis. In
gredimini ⁊ ꝑcutite eos. Nullus
euadat. Percusserũtqꝫ eos in ore
gladij ⁊ ꝓiecerũt milites ⁊ duces
Et ierũt in ciuitatẽ tẽpli baal ⁊ ꝓ
tulerũt statuaꝫ de phano baal et
cõbusserũt et cõminuerũt eã. De
struxerũtqꝫ edẽ baal et fecerũt ꝓ
ea latrinas vsqꝫ ĩ diẽ hanc. Dele
uit itaqꝫ iehu baal de isrl. verũtñ
a peccatis iheroboã filij nabath q̃
peccare fecit isrl: nõ recessit nec de
reliq̃t vitulos aureos q̃ erãt in be
thel ⁊ in dan. Dixit autẽ dñs ad
iehu. Quia studiose egisti qd̃ re
ctũ erat et placebat ĩ oclis meis
oĩa que erant in corde meo fecisti
ꝯtra domũ achab: filij tui vsqꝫ ad
quartaꝫ gñationem sedebũt sup
thronũ isrl. Porro iehu nõ custo
diuit vt ãbularet in lege dñi dei
isrl ĩ toto corde suo. Nõ eĩ recessit
a peccatis iheroboã q̃ peccaẽ feceãt
isrl. In dieb⁹ illis cepit dñs ted ẽ
sup isrl. Percussitqꝫ eos asahel ĩ
vniuſis finib⁹ israhel: a iordane
contra orientalẽ plagã: omnem
terrã galaad ⁊ gad ⁊ ruben ⁊ ma
nasse ab aroer q̃ est sup torrentẽ
arnon ⁊ galaad ⁊ basan. Reliq̃
aũt v̄boꝝ iehu ⁊ vniuſa q̃ fecit ⁊
fortitudo ei⁹: nõne hec scripta sũt
in libro verboꝝ dieꝝ regum isrl.
Et dormiuit iehu cũ patrib⁹ suis
sepelierũtqꝫ eum in samaria et re
gnauit ioachim fili⁹ eius pro eo
Dies ãt q̃s regnauit iehu sup isrl vi
gĩti ⁊ octo ãni sũt ĩ samaia. Ca. xi

Atalia vero mat̃ ochosie vi
dẽs mortuũ filiũ suũ: surrex
it ⁊ int̃fecit om̃e semẽ regiũ. Tol
lens aũt iosaba filia regis ioram
soror ochozie. ioas filiuꝫ ochozie
furata est eũ de medio filiorum re
gis q̃ interfitiebant̃ ⁊ nutricẽ ei⁹
de tridimio ⁊ abscõdit euꝫ a fatie
atalie vt nõ interficeret̃: eratqꝫ cũ
ea sex ãnis dam in domo dñi. Por
ro atalia regnauit sup terrã septẽ
annis. Anno aũt septimo misit
ioiada ⁊ assumẽs centuriones et
milites introduxit ad se in tẽplũ

dñi: pepigitq; cū eis fedus. Et ad
iurans eos ī domo dñi oñdit eis
filiū regis ⁊ precepit illis dicens.
Iste est sermo quē facere debetis.
Tertia ps vestr̄ introeat sabba
to ⁊ obseruet excubias domus re
gis. Tertia aūt ps sit ad portam
seyr ⁊ tertia ps sit ad portaz que
ē post habitaculū scutarioꝝ et cu
stodietis excubias domus messa
Due vero ptes e vobis ōnes egre
diētes sabbato custodiāt excubi
as domus dñi circa regez ⁊ valla
bitis eū hñtes arma in manibus
vestris. Si q̄s aūt ingressus fueit
septū tēpli: interfitiat̄. Eritisq; cuz
rege introeunte ⁊ egrediēte. Et fe
cerūt centuriones iuxta oīa q̄ pre
cepat eis ioiada sacdos. Et assu
mentes singuli viros suos q̄ egre
diebant̄ sabbatū cuz hijs q̄ egre
diebant̄ e sabbato: venerunt ad
ioiadā sacerdotē. Qui dedit ei ha
stas ⁊ arma r̄gis dauid que erāt
ī domo dñi. Et steterūt singuli ha
bentes arma in manu sua a pāte
tēpli dextra vsq; ad ptez sinistraz
altaris ⁊ edis circuz regē. Produ
xitq; filiū regis et posuit sup eum
dyadema ⁊ testimoniū. fererūtq;
eū regē ⁊ vnxerunt ⁊ plaudentes
manu dixerunt Viuat rex. Audi
uit aūt atalia vocē ꝓpli currentis
⁊ ingressa ad turbas in templuz
dñi: vidit regē stantem sup tribu
nal iuxta morē ⁊ cātores ⁊ turbas
ꝓpe eū. oēmq; ꝓplm terre letantez
⁊ canentē tubis ⁊ scidit vestimē
ta sua damauitq;. Cōiuracō. ꝯiu
ratio. Precepit autē ioiada centu
rionibus qui erant super exercitū
⁊ ait eis Educite eam extra septa
templi ⁊ quicunq; eā secutus fue
rit: feriat̄ gladio Dixerat enim sa
cerdos. non occidatur in templo
domini. Imposuerūtq; ei manus
⁊ impegerunt eaz ꝑviam introit⁹
equorū iuxta palatiū ⁊ interfecta
est ibi. Pepigit ēgo ioiada fed⁹
inter deum ⁊ regē ⁊ inter ꝓplm ut
esset populus dñi: inter regē ⁊ po
pulū. Ingressusq; est omīs ꝓplus
terre templū baal ⁊ destruxerunt
aras eius ⁊ ymagines ꝯtriuerūt
valide. mathanq̄ sacerdotē baal
occiderunt coram altari. Et posuit
sacerdos custodias in domo dñi.
tulitq; centuriones ⁊ cherethi et
pheleti legiones ⁊ oēm ꝓplm terre
deduxerūtq; regē de domo dñi. Et
venerūt ꝑviaz porte scutarioꝝ in
palatiū ⁊ sedit sup thronū regni.
Letatusq; ē oīs ꝓplus t̄re ⁊ ciuitas
ꝯq̄euit. Atalia āt occisa ē gladio
ī domo regis. septezq; ānoꝝ erat
ioas cū regnaē cepissz. Ca. xij.

Anno septimo iehu r̄gnauit
ioas. Quadraginta ānis re
gnauit in iherusalez: nomen ma
tris ei⁹ sebia de bersabee. Fecitq;
ioas rectū corā dño: cūctis dieb⁹
quib⁹ docuit euz ioiada sacerdos
verūtamen excelsa non abstulit.
Adhuc enim popul⁹ ymolabat
⁊ adolebat in excelsis incensum.
Dixitq; ioas ad sacerdotes. Oēm
pecuniaz sāctorū q̄ illata fuerit in
templū dñi a p̄tereuntib⁹ que of
fert̄ ꝓ pretio anime et q̄uo spōte
⁊ arbitrio cordis sui inferūt in tē
pluz domini: accipiant illaz sacer
dotes iuxta ordinē suum ⁊ instau
rent sartatecta domus si quid ne
cessarium viderint instauracōne

Igitur vsq; ad vicesimumtertiū
annū regis ioas: nō instauraue
rūt sacerdotes sartatecta tēpli. Vo
cauitq; rex ioas ioiadā pontificez
⁊ sacerdotes dicēs eis. Quare sarta
tecta nō instauratis tēpli. Nolite
ergo amplius accipere pecuniā iux
ta ordinē vestrū. ꝫ ad instaurati
onē tēpli reddite eā. Prohibitiq;
sūt sacerdotes vltra accipere pecu
niā a populo ⁊ instaurare sartate
cta domus. Et tulit ioiada ponti
fex gazophilatiū vnū. Aperuitq;
foramen desup ⁊ posuit illd iuxta
altare ad dexterā ingredientiū do
mū dñi: mittebātq; in eo sacerdo
tes q̄ custodiebāt ostia omēz pe
cuniā que deferebat ad tēplū do
mini. Cūq; viderent nimiaz pecu
niā esse in gazophilatio: ascende
bat scriba regis ⁊ pōtifex. effun
debātq; ⁊ numerabāt pecuniā q̄
inueniebat ī domo dñi et dabāt
eā iuxta numerū atq; mensurā in
manu eorū q̄ p̄erāt cemētarijs do
mus dñi. Qui impēdebant eaz in
fabris lignorū ⁊ ī cemētarijs hijs
q̄ operabant in domo dñi ⁊ sarta
tecta fatiebāt et in hijs q̄ cedebāt
saxa ⁊ vt emerēt ligna ⁊ lapides
q̄ excidebant. ita vt īpleret īstau
racō domus dñi in vniūsis q̄ indi
gebāt expēsa ad muniēdā domū
Verūtamē non fiebāt ex eadē pe
cunia ydrie tēpli dñi et fuscinule
⁊ thuribula ⁊ tube ⁊ oē vas aure
ū et argēteū: de pecunia q̄ īferebā
tur in templū dñi. Hijs em̄ q̄ fati
ebāt opus dabat vt instauraret
templū dñi. Et n̄ fiebat ratio hijs
hominib9 q̄ accipiebāt pecuniaz
vt distribuerēt eā artificib9. sed
in fide tractabāt eā. Pecuniā ve
ro ꝓ delicto ⁊ pecuniaz ꝓ peccatis
nō inferebāt in templū dñi. q̄ sa
cerdotū erat. Tūc ascendit asahel
rex syrie ⁊ pugnabat ꝯtra geth:
cepitq; eā. Et direxit fatiē suā vt
ascēderet in ihrl'm. Quā ob rē tu
lit ioas rex iuda omīa sāctificata
q̄ cōsecrauerat iosaphat ⁊ ioraz
et ochozias p̄res eius reges iuda
⁊ que ip̄e obtulerat et vniuersuz
argentū qd inueniri potuit in the
sauris tēpli dñi ⁊ in palatio r̄gis
misitq; asaheli regi syrie ⁊ recessit
ab ihrl'm. Reliq̄ aūt ꝑmonū ioas
⁊ vniūsa q̄ fecit: nōne hec scripta
sūt ī libro v̄borū dierū regū iuda.
Surrexerūt aūt ꝑui eius ⁊ cōiura
uerūt inter se: ꝑcusserūtq; ioas ī
domo mello in descensu sela. Josa
char nāq; filius semath et ioza
bath filius somer serui ei9 ꝑcusse
rūt eū ⁊ mortu9 est Et sepelierunt
euz cū p̄rib9 suis in cītate dauid:
regnauitq; amasias fili9 ei9 ꝓ eo

Anno vicesimo. Ca. xiij.
tertio ioas filij ochozie regis
iude regnauit ioachaz fili9 iehu
sup isrl' in samaria decē ⁊ septem
annis ⁊ fecit malū corā dño. Se
cutusq; ē peccata iheroboaz filij na
bath qui peccare fecit isrl' ⁊ n̄ de
clinauit ab eis. Iratusq; est furor
dñi cōtra israhel ⁊ tradidit eos ī
manu asahel regis syrie et in ma
nu benadab filij asahel cūctis di
ebus. Dep̄cat9 ē aūt ioachaz fa
tiem dñi ⁊ audiuit eum dñs. Vi
dit em̄ angustiam isrl'. q̄ attriue
rat eos rex syrie. Et dedit dñs sal
uatorē israheli ⁊ liberatus ē de ma
nu regis syrie: habitauerūtq; filij

isrl' in tabernacul' suis sicut heri ⁊
nudiustertiꝰ. Verūtamē nō reces
serūt a peccatis domꝰ iheroboaz q̄
peccaē fecit isrl'. ß in ip̄is ambula
uerūt. Siquidez ⁊ lucus ꝑmansit
ī samaria ⁊ nō fūt derelicti ioachā
de ꝓplo nisi qn̄quaginta equites
⁊ decē currus ⁊ decez milia peditu3
Interfecerat em̄ eos rex syrie ⁊ re
degerat quasi puluerem ī tritura
aree. Reliq̄ aūt sermonū ioachā
⁊ vniuersa que fecit et fortitudo
eiꝰ: nōne hec scripta sunt in libro
sermonū dieru3 regū isrl'. Dormi
uitq3 ioachā cū p̄ribꝰ suis ⁊ sepe
lierunt eū in samaria. regnauitq3
ioas filius eiꝰ ꝓ eo. Annotricesi
moseptīo ioas regis iuda regna
uit ioas filiꝰ ioachaz sup isrl' in
samaria sedecī ānis ⁊ fecit qd ma
lū est ī ꝯspectu dn̄i. Nō declinauit
ab oībus pctis iheroboaz filij na
bath q̄ peccare fecit isrl'. ß in ip̄is
ambulauit. Reliq̄ aūt sermonu3
ioas et vniuersa q̄ fecit et fortitu
do eiꝰ qūo pugnauerit ꝯtra ama
siā regē iuda: nōne hec scripta sūt
in libro ſmonū dieꝝ regū isrl'. Et
dormiuit ioas cū p̄ribꝫ suis. ierobo
am autē sedit sup soliū eiꝰ. Porro
ioas sepultus ē ī samaria cū regi
bus isrl'. Heliseꝰ aūt egrotabat ī
firmitate qua ⁊ mortuꝰ ē. Descen
ditq3 ad eū ioas rex isrl' ⁊ flebat
corā eo. dicebatq3 pat' mi: pat' mi
currus isrl' ⁊ auriga eiꝰ. Et ait he
liseꝰ. Affer arcū ⁊ sagittas. Cūq3
attulissz ad eū arcū ⁊ sagittas: di
xit ad regē isrl'. Pone manū tuā
sup arcū. Et cū posuisset ille manū
suaz: sup posuit heliseꝰ manꝰ suas
maībꝫ r̄gis ⁊ ait. Api fenestrā ori
entalē Cūq3 apuissz dixit heliseꝰ.
Jace sagittā. Et iecit. Et ait helise
us. Sagitta salutis dn̄i ⁊ sagitta
salutis ꝯtra syriā. Percutiesq3 sy
riā in aphec donec ꝯsumas eaz. Et
ait. Tolle sagittas. Qui cū tulissz
rursū dixit ei. Percute iaculo t̄rā.
Et cū ꝑcussissz tribꝰ vicibꝫ ⁊ stetis
set: iratus ē vir dei cōtra eū ⁊ ait.
Si ꝑcussisses qn̄quies aut sexies
siue septies: ꝑcussisses syriā vsq3
ad ꝯsūmacōez. Nūc aūt tribꝫ vici
bꝰ ꝑcuties eā. Mortuꝰ ē ḡ heliseꝰ
⁊ sepelierūt eū. Latrunculi aūt de
moab venerūt in terrā in ip̄o āno
Quidā aūt sepeliētes hominez vi
derūt latrūculos ⁊ ꝓiecerūt cada
uer ī sepulchro helisei. Qd cuz teti
gissz ossa helisei reuixit hō ⁊ stetit
sup pedes suos. Igit' asahel rex sy
rie afflixit isrl' cūctis diebus ioa
chā. Et misertꝰ ē dn̄s eoꝝ ⁊ reuer
sus ē ad eos ꝓpt' pactū suū qd ha
bebat cū abrahā ⁊ ysaac ⁊ iacob
⁊ noluit disp̄dere eos neq3 ꝓicere
pēitus vsq3 in p̄ns tēpꝰ. Mortuꝰ ē
aūt asahel rex syrie ⁊ regnauit be
nadab filiꝰ eiꝰ ꝓ eo. Porro ioas
filiꝰ ioachā, tulit vrbes de manu
benadab filij asahel q̄s tulerat de
manu ioacham p̄ris sui iure p̄lij.
Tribꝰ vicibus percussit eu3 ioas
⁊ r̄ddidit cītates isrl'. Ca. xiiij.

In anno secūdo ioas filij ioachaz
regis isrl': regnauit amasias filiꝰ
ioas regis iuda. Vigintiqn̄q3 an
norū erat cum regnare cepissz. vi
ginti autem et nouem annis reg
nauit in iherusalem. Nomē mr̄is
eius ioaden de iherusalem. Et fecit
rectum coram domino. verumta
men non ut dauid pater eius.

Iuxta omnia que fecit ioas pater
fuꝰ fecit nisi hoc tm̄ ꝙ excelsa nō
abstulit. Adhuc enim ꝓpl's ado
lebat ⁊ ymolabat incēsū in excel
sis. Cūq; obtinuisset regnū ꝑcus
sit seruos suos q̄ interfecerāt regez
prēz suū: filios āt eoꝝ q̄ occiderāt
nō occidit: iuxta qd̄ scriptū ē in li
bro legis moysi sicut p̄cepit dn̄s
dicēs. Nō morientur prēs ꝓ filijs
neq; filij ꝓ pr̄ibꝰ. ꝫ vnusquisq; ī
peccato suo morietᷣ. Ipse ꝑcussit
edom in valle salinarū decē milia
⁊ apprehēdit petram in p̄lio: voca
uitq; nomē eius iezechel vsq; in
pn̄tē diez. Tūc misit amasias nū
tios ad ioas filiū ioachaz filij ie
hu regis isrl̄ dicēs. Veni ⁊ videa
mus nos. Remisitq; ioas rex isrl̄
ad amasiā regē iuda dicēs. Car
duus libani misit ad cedrū que
est ī libano dicens. Da filiā tuā fi
lio meo vxorē. Trāsierūtq; bestie
saltus q̄ fūt in libano ⁊ ꝯculcaue
rūt carduū. Percutiēs inualuisti
sup edom ⁊ sb̄leuauit te cor tuuz
Contētus esto gloria ⁊ sede in do
mo tua. Quare ꝓuocas malū vt
cadas tu ⁊ iudas tecū. ⁊ Et nō ac
q̄euit amasias. Ascēditq; ioas rex
isrl̄ ⁊ viderūt se ipse ⁊ amasias rex
iuda ī bethsames oppido iude: ꝑ
cussusq; ē iuda corā isrl̄ ⁊ fugerūt
vnꝰquisq; ī tabnacula sua. Ama
siaz vero regē iuda filiū ioas filij
ochozie cepit ioas rex isrl̄ ī beth
sames ⁊ adduxit eū in ihrl̄z. Et in
terrupit murū ihrl̄z a porta ephr̄
im vsq; ad portaz anguli: q̄drin
gētis cubitis. Tulitq; oē aurū et
argētū ⁊ vniūsa vasa q̄ inuenta
fūt ī domo dn̄i ⁊ ī thesauris regis
⁊ obsides ⁊ reūsus ē in samariaz.
Reliqua aūt v̄boꝝ ioas q̄ fecit et
fortitudo eiꝰ q̄ pugnauit cōtra ama
siam regē iuda: nōne hec scripta
fūt ī libro ꝑmonū dieꝝ regū isrl̄. ⁊
Dormiuitq; ioas cū pr̄ibꝰ suis et
sepultꝰ ē ī samaria cū regibꝰ isrl̄
⁊ regnauit iheroboā filiꝰ eiꝰ pro eo.
Vixit aūt amasias filiꝰ ioas rex
iuda postq̄ mortuꝰ ē ioas filiꝰ io
achā regis isrl̄ vigītiquīq; ānis
Reliq̄ aūt ꝑmonū amasie: nōne
hec scripta fūt ī libro ꝑmonū dieꝝ
r̄gū iuda. ⁊ Factaq; ē ꝯtra eū cōiu
ratio ī ihrl̄m. at ille fugit ī lachis
Miserūtq; post eū in lachis et int̄
fecerūt eū ibi ⁊ asportauerūt ī eq̄s
sepultusq; ē in ihrl̄z cū pr̄ibꝰ suis
in cītate dauid. Tulit aūt vniūsꝰ
ꝓpl'us iude azariā ānos natū sede
cim et ꝯstituerūt eū regē ꝓ pr̄e eiꝰ
amasia. Ipe edificauit ahilā ⁊ re
stituit eā iude postq̄ dormiuit rex
cū pr̄ibꝰ suis. Anno q̄nto decimo
amasie filij ioas r̄gis iuda regnauit
iheroboā filiꝰ ioas regis isrl̄ in sa
maria q̄dragīta ⁊ vno āno et fe
cit qd̄ malū ē corā dn̄o. Nō r̄cessit
ab omnibꝰ peccatis iheroboā filij
nabath q̄ peccare fecit isrl̄. Ipe re
stituit t̄minos israhel ab introitu
emath vsq; ad mare solitudinis
iuxta sermonē dn̄i dei isrl̄ quē lo
cutus ē ꝑ seruū suū ionam filiū a
mathi ꝓphetā q̄ erat de geth q̄ ē
in opher. Vidit em̄ dn̄s afflictio
nē israhel amarā nimis ⁊ ꝙ cōsū
pti essent vsq; ad clausos carce
ris ⁊ extremos ⁊ nō esset q̄ auxili
aret̄ israhel. Nec locutꝰ ē dn̄s vt
deleret nomē israhel de sub celo. ꝫ
saluauit eos ī manu iheroboā filij

ioas. Reliqua autē ſmonū ihero
boam ⁊ vniuersa que fecit ⁊ forti
tudo ei⁹ qua p̄liatus est ⁊ qūo re
stituit damascū ⁊ emath iude in
isrl: nōne hec scripta sūt ī libro ser
monū dierꝝ regū isrl. Dormiuitqꝫ
iheroboaꝫ cū p̄ribꝫ suis regib⁹ isrl
⁊ r̄gnauit zachaias fili⁹ ei⁹ ꝓ eo.

Anno vicesimo se Ca. xv.
ptimo iheroboā regis isrl re
gnauit azarias fili⁹ amasie regis
iuda. Sedecim annoꝝ eāt cum re
gnare cepissꝫ ⁊ qn̄quagintaduo
b⁹ ānis r̄gnauit in ihrl'm. Nomē
mr̄is eius ieclia de ihrl'm. Fecitqꝫ
qd̄ erat placitū corā dn̄o iux̄ oīa
que fecit amasias p̄ eius. verūta
men excelsa non ē demolitus. Ad
huc ꝓpl's sacrificabat ⁊ adolebat
īcensū ī excelsis. Percussit āt dn̄s
regē ⁊ fuit leprosus vsqꝫ ī diē mor
tis sue ⁊ hītabat ī domo libera se
orsū. Joathā vero fili⁹ regis gub
nabat palatiū ⁊ iudicabat ꝓpl'm
terre. Reliq̄ aūt sermonū azarie ⁊
vniūsa que fecit: nōne hec scripta
sūt ī libro verboꝝ dierꝝ r̄gū iuda.
Et dormiuit azarias cū p̄ribꝫ suis
sepelierūtqꝫ eū cū maiorib⁹ suis ī
cītate dauid ⁊ regnauit ioathan
fili⁹ ei⁹ ꝓ eo. Anno tricesimo octa
uo azarie regis iude regnauit za
charias fili⁹ iheroboaꝫ sup isrl in
samaria sex mēsib⁹ ⁊ fecit qd̄ ma
lū ē corā dn̄o sicut fecerāt p̄res ei⁹
Non recessit a peccatis iheroboam
filij nabath qui peccare fecit isrl.
Cōiurauit autēꝫ ꝯtra eum sellū fi
lius iabes ꝑcussitqꝫ eum palam ⁊
interfecit. regnauitqꝫ ꝓ eo. Reliq̄
autem verborum zacharie: nonne
hec scripta sunt in libro sermonū
dierꝝ regū israhel. Iste est sermo
domini quēꝫ locutus est ad iehu
dicens. Filij tui vsqꝫ ad quartaꝫ
generationem sedebunt de te sup
thronum israhel. Factūqꝫ est ita.
Sellum filius iabes regnauit tri
cesimonono anno azarie regis
iude. Regnauit autem vno men
se in samaria. Et ascendit mana
hen fili⁹ gaddide thersa. venitqꝫ
samariā ⁊ ꝑcussit sellū filiū iabes
ī samaria et īt̄fecit eū. regnauitqꝫ
ꝓ eo. Reliqua autēꝫ verboꝝ sellū
⁊ ꝯiuratio ei⁹ per quam tetendit
insidias: nōne hec scripta sunt in
libro sermonū dierꝝ regū israhel.
Tunc ꝑcussit manahē thapsā et
omnes q̄ erant in ea ⁊ terminos
ei⁹ de thersa. Noluerāt em̄ apire
ei. Et interfecit oēs p̄gnantes ei⁹
⁊ scidit eas. Anno tricesiōnono
azarie regis iude regnauit mana
hen fili⁹ gaddi sup isrl decēꝫ ānis
ī samaria. fecitqꝫ qd̄ erat malū co
rā dn̄o. Nō r̄cessit a ꝑctis iheroboam
filij nabath q̄ peccare fecit is
rahel cūctis dieb⁹ ei⁹. Veniebat
phul rex assyriorum ī thersa ⁊ da
bat manahē phul mille talēta ar
gēti ut essꝫ ei ī auxiliuꝫ ⁊ firmaret
r̄gnū ei⁹. Indixitqꝫ manahē argē
tū sup isrl cūctis potentib⁹ ⁊ diui
tibꝫ ut daret regi assirioꝝ qn̄qua
gīta sidos argēti ꝑ singulos. Re
ūsusqꝫ ē rex assyrioꝝ ⁊ nō ē mora
tus ī thersa. Reliq̄ āt ſmonū ma
nahē ⁊ vniūsa q̄ fec̄: nōne hec scri
pta sūt ī libro ſmonū dierꝝ reguꝫ
isrl. Et dormiuit manahē cū p̄ribꝫ
suis. r̄gnauitqꝫ phaceia fili⁹ eius
ꝓ eo Anno qn̄quagesimo azarie
regis iude reg̃uit phaceia filius

manahen sup isrl' in samaria bi
ennio ⁊ fecit qd erat malū coraz
dño. Nō recessit a pccis iheroboaz
filij nabath q̄ peccare fecit israhel
Cōiurauit āt adūsus eū phacee
filius romelie dux ei⁹ ⁊ pcussit eū
ī samaria in turre dom⁹ regie iux
ta argob ⁊ iuxta ariph ⁊ cū eo q̄n
quagīta viros de filijs galaaditi
taꝝ ⁊ int̄fecit eū: reg̃uitq̄ pro eo.
Reliq̄ aūt s̄monū phaceie et vni
uersa q̄ fecit: nōne hec scripta sūt
ī libro sermonū dieꝝ regū israhel
Anno q̄nquagesimosc̄do azarie
regis iude regnauit phacee filius
romelie sup isrl' ī samaria viginti
ānis ⁊ fecit quod erat malū corā
dño. Nō recessit a peccatis iheroboam
filij nabath q̄ peccaē fecit isrl'
In dieb⁹ phacee regis isrl' venit
theglat phalassar rex assur et ce
pit ahion et abel domū maacha
⁊ ianoe ⁊ cedes ⁊ asor et galaad
⁊ galileā ⁊ vniuersā terrā nepta
lim ⁊ transtulit eos ī assirios Cō
iurauit aūt ⁊ tetēdit īsidias osee
fili⁹ hela ꝯtra phacee filiuz rome
lie ⁊ pcussit eū ⁊ int̄fecit: reg̃uitq̄
p eo vicesimo āno ioathan filij
ozie. Reliq̄ aūt sermonū phacee
⁊ vniūsa q̄ fecit: nōne hec scripta
sūt in libro sermonū dieꝝ regum
isrl'. Anno secūdo phacee filij ro
melie regis isrl': reg̃uit ioathan
fili⁹ ozie regis iuda. Vigītiquīq̄
annorū erat cū regnare cepissz et
sedecim ānis reg̃uit in ihrl'm. No
men mr̄is ei⁹ iherusa: filia zadoch
Fecitq̄ qd erat placitū corā dño
Iuxta om̄ia q̄ fecit ozias pr̄ suus
opatus ē. verūtamen excelsa non
abstulit. Adhuc ꝓpl's ymolabat
⁊ adolebat incēsū in excelsis. Ipse
edificauit portā dom⁹ dñi sb̄limis
simā. Reliq̄ āt s̄monū ioathan
⁊ vniūsa que fecit: nonne hec scri
pta sūt ī libro v̄boꝝ dieꝝ regū iu
da. In dieb⁹ illis cepit dñs mitte
re in iudā rasin regē syrie et pha
cee filiū romelie. Et dormiuit ioa
than cū pr̄ib⁹ suis sepultusq̄ est
cū eis in cītate dauid patris sui ⁊
regnauit achaz fili⁹ eius pro eo

Anno decimo Ca. xvi.
septīo phacee filij romelie
regnauit acham fili⁹ ioathan re
gis iuda. Vigīti annoꝝ eāt ach
am cū reg̃re cepisset et sedecī ānis
regnauit in ihrl'm. Nō fecit quod
erat placituz in conspectu dñi dei
sui sicut dauid pater ei⁹. ꝫ ābula
uit in via regū isrl'. Insup ⁊ filiuz
suū cōsecrauit trāsferēs p ignem
scd̄m ydola gentiuz q̄ dissipauit
dñs corā filijs isrl'. Imolabatq̄
victimas et adolebat incensū ī ex
celsis ⁊ in collib⁹ ⁊ sb̄ omni ligno
frōdoso. Tūc ascēdit rasin rex sy
rie ⁊ phacee fili⁹ romelie rex isrl'
ad p̄liandū in ihrl'm. Cūq̄ obsi
derēt achaz: nō valuerūt supare
eū. In tpe illo restituit rasin rex
syrie haylaz syrie ⁊ eiecit iudeos
de hayla. Et ydumei et syri vene
rūt ī haylā et hītauerēt ibi vsq̄ ī
diem hāc. Misit aūt achā nūtios
ad teglat phalassar regē assirio
rū dicēs Seruus tu⁹ ⁊ filius tuus
ego sū. Ascēde ⁊ saluum me fac de
manu regis syrie ⁊ de maū regis
isrl' q̄ ꝯsurrexerūt adūsū me Et cū
collegisset argētū et aurū qd īue
niri potuit in domo dñi ⁊ ī thesau
ris r̄gis: misit r̄gi assirioꝝ muneā

qui ⁊ acq̄euit voluntati ei⁹ Ascen
dit aūt rex assyrioꝝ in damascuꝫ
⁊ vastauit eā ⁊ transtulit habita
tores ei⁹ cyrenē. rasin aūt interfe
cit. Perrexitqꝫ rex achā in occur
suꝫ teglat phalassar regi assyrio
rū in damascū. Cūqꝫ vidissꝫ altaē
damasci: misit rex achaꝫ ad vriaꝫ
sacerdotē exemplar ei⁹ ⁊ similitu
dineꝫ iuxta om̄e op⁹ ei⁹. Extruxit
qꝫ vrias sacdos altare. Iuxta oīa
que p̄cepat rex achā de damasco
ita fecit sacerdos vrias donec veni
ret rex acham de damasco Cunqꝫ
venissꝫ rex de damasco vidit alta
re ⁊ veneāt⁹ ē illd. ascēditqꝫ ⁊ ymo
lauit holocausta ⁊ sacrifitiū suū ⁊
libauit libamīa ⁊ fudit sāguineꝫ
pacificoꝝ q̄ obtulerat sup altaē.
porro altaē ereū qd eāt corā dn̄o
tr̄stulit de fatie tēpli ⁊ de loco alta
ris ⁊ de loco tēpli dn̄i. posuitqꝫ illd
ex latere altaris ad aq̄lonez. Pre
cepitq̄ꝫ rex achā vrie sacerdoti di
cens. Sup altaē maius offer ho
locaustū matutinū ⁊ sacrifitiū ves
ptinū ⁊ holocaustū regis ⁊ sacrifi
tiū ei⁹ ⁊ holocaustū vniuersi ꝓpli
terre ⁊ sacrifitia eoꝝ et libamina
eoꝝ ⁊ oēm sanguineꝫ holocausti
⁊ vniuersū sanguinē victime sup
illud effundes. Altaē vero ereū eit
paratū ad volūtatē meā. Fec̄ igit̄
vrias sacerdos iuxta oīa que p̄ce
pat rex achā. Tulit aūt rex achā
celatas bases ⁊ luterē qui erat de
sup ⁊ mare deposuit de bob⁹ ereis
q̄ sustentabant illud ⁊ posuit sup
pauimētū stratū lapide. Musach
q̄ꝫ sabbati qd edificauerat ī tem
plo ⁊ ingressum regis exterius cō
uertit in tēplū dn̄i ꝓpt̄ regē assyri
orū. Reliqua aūt verboꝝ achaꝫ ⁊
oīa que fecit: nōne hec scripta sūt
ī libro sermonū dieꝝ regū iuda.
Dormiuitqꝫ achā cū p̄ribꝰ suis et
sepultus ē cū eis ī ciuitate dauid
⁊ regnauit ezechias filiꝰ ei⁹ ꝓ eo.

Anno duodecīo Ca. xvij.
achaꝫ regis iuda regnauit
osee filiꝰ hela in samaria sup isrl̄
nouē annis. fecitqꝫ malū corā do
mino. ꝫ nō sicut reges isrl̄ qui an̄
eū fuerūt Cōtra hūc ascendit sal
manasar rex assyrioꝝ ⁊ fact⁹ ē ei
osee seruus. reddebatqꝫ illi tribu
ta Cūqꝫ deprehendissꝫ rex assyrio
rū osee q̄ rebellare nitens misisset
nūtios ad sua regē egipti ne p̄sta
ret tributa regi assyrioꝝ sicut sin
gul̄ ānis solitus erat obsedit eū
⁊ vinctuꝫ misit in carcerē. puaga
tusqꝫ ē oēꝫ terrā ⁊ ascendēs sama
riā obsedit eaꝫ trib⁹ ānis. Anno
aūt nono osee cepit rex assyrioꝝ
samariā ⁊ tr̄stulit isrl̄ ī assyrios
posuitqꝫ eos in haylā ⁊ ī abor iux̄
fluuiū gozā in ciuitatib⁹ medoꝝ.
Factuꝫ ē em̄ cū peccassent filij isrl̄
dn̄o deo suo q̄ eduxerat eos de ter
ra egipti de manu pharaōis r̄gis
egipti: coluer̄t deos alienos ⁊ am
bulauerūt iux̄ ritū gentiū q̄s ꝯsū
pserat dn̄s in ꝯspectu filioꝝ isrl̄ ⁊
regū isrl̄. q̄a similit̄ fecerāt. Et irri
tauer̄t filij isrl̄ verb̄ nō r̄ctis dn̄m
deū suū ⁊ edificauerūt sibi excelsa
in cūctis vrbib⁹ suis a turre custo
dum vsqꝫ ad ciuitatē munitā. Fe
cer̄tqꝫ sibi statuas ⁊ lucos ī oī col
le sublimi et subt̄ oē lignū nemo
rosum ⁊ adolebāt ibi incensū sup
aras in morem gentiuꝫ quas trā
stulerat dominus a fatie eorum.

Fecerūtq; v̄ba pessima irritantes
dn̄m ⁊ coluerūt immūditias de q̄
b⁹ p̄cepit eis dn̄s ne facerēt ver
bū hoc. Et testificatus ē dn̄s ī isrl̄
⁊ in iuda ꝑ manū oīm ꝓphetarū
⁊ vidētiū dicēs. Reuertimini a vijs
vestris pessimis et custodite p̄ce
pta mea et cerimonias: iuxta oēz
legē quā p̄cepi patrib⁹ vestris ⁊
sicut misi ad vos in maū seruorū
meoꝝ ꝓphetarū Qui nō audierūt
sed indurauerūt ceruicē suā iuxta
ceruicē patrū suorū q̄ noluerūt obe
dire dn̄o dō suo. Et abiecerūt legit
tima eius et pactū qd̄ pepigit cū
p̄ribus eoꝝ ⁊ testificacōes quib⁹
cōtestat⁹ ē eos: secutiq; sūt vani
tates ⁊ vane egerūt ⁊ secuti sunt
gētes que erāt ꝑ circuitū eoꝝ sup
quib⁹ p̄cepat dn̄s eis vt nō face
rēt sicut ⁊ ille fatiebāt. Et dereliq̄
runt om̄ia p̄cepta dn̄i dei sui: fece
rūtq; sibi ꝯflatiles duos vitulos ⁊
lucos ⁊ adorauerūt vniuersaz mi
litiā celi. Seruierūtq; baal ⁊ con
secrauerūt filios suos et filias su
as ꝑ ignē. Et diuinacōni inseruie
bāt ⁊ augurijs ⁊ tradiderūt se vt
facerēt malū corā dn̄o ⁊ irritarēt
eū. Iratusq; ē dn̄s vehement̄ isra
heli ⁊ abstulit eos a ꝯspcū suo ⁊
nō remāsit nisi trib⁹ iuda tm̄mō
Sz nec ip̄e iuda custodiuit man
data dn̄i dei sui. verūtamē ambu
lauit ī erroribꝰ isrl̄ quos opat⁹
fuerat. Proiecitq; dn̄s om̄e semē
isrl̄ ⁊ afflixit eos ⁊ tradidit eos
in maū diripientiuz: donec ꝓicēt
eos a fatie sua. ex eo iā tp̄e q̄ scis
sus ē isrl̄ a domo dauid ⁊ ꝯstitu
erūt sibi regē iheroboam filiuz na
bath. Separauit em̄ iheroboam
isrl̄ a dn̄o ⁊ peccare eos fecit pec
catū magnū. Et ambulauerūt filij
isrl̄ in vniūsis peccatis iheroboaz
q̄ fecerat ⁊ n̄ recesserūt ab eis vsq;
quo dn̄s auferret isrl̄ a fatie sua
sicut locut⁹ fuerat in maū oīm ser
uorū suorū ꝓphetaꝝ. Trāslatusq;
ē isrl̄ de terra sua ī assirios vsq; ī
diē hāc. Adduxit aūt rex assirio
rū de babilōe ⁊ de chuta ⁊ de aha
iath ⁊ de emath ⁊ de sefaruaim ⁊
collocauit eos in cītatib⁹ samaie
ꝓ filijs isrl̄. Qui possederūt samari
am ⁊ habitauerūt in vrbib⁹ eius
Cūq; ibi habitare cepissent nō ti
mebāt dn̄m ⁊ immisit eis dn̄s le
ones q̄ interfitiebāt eos. Nūciatū
q; ē regi assiriorū ⁊ dictū Gentes
q̄s trāstulisti ⁊ hītare fecisti ī ciui
tatib⁹ samarie ignorāt legittima
dei terre ⁊ immisit ī eos dn̄s leōes
⁊ ecce interfitiūt eos: eo q̄ ignorēt
ritū dei terre. Precepit aūt rex assi
riorū dicens. Ducite illuc vnū de
sacdotib⁹ quos inde captiuos ad
duxistis vt vadat et habitet cū
eis ⁊ doceat eos legittima dei terre
Igit̄ cū venissz vnus de sacdotib⁹
hijs q̄ captiui ducti fuerant de sa
maria hītauit ī bethel et docebat
eos qūo colerēt dn̄m. Et vnaq̄q;
gens fabricata ē deū suuz. Posue
rūtq; eos in fanis excelsis q̄ fece
rāt samarite gēs et gens in vrbi
bus suis ī quib⁹ habitabāt. Vi
ri em̄ babilonij fecerūt sochot be
noth. viri aūt chutheni fecerunt
nergel et viri de emath fecerunt
asuna. Porro euei fecerūt nebaaz
⁊ thachaz. Hij āt q̄ erāt de sefar
uaim cōburebāt filios suos igni
ad ramelech et anamelech dijs

sefaruaim ⁊ nihilominꝰ colebāt
dn̄m. Fecerūt āt sibi de nouissimis
sacerdotes excelsorū ⁊ ponebāt eos
in fanis sublimibꝫ. Et cū dn̄m cole
rent diis q̄ꝫ suis seruiebāt iuxta cō
suetudinē gētiū de quibꝫ trāslati
fuerāt samariā Vsqꝫ in pn̄tez diē
morē sequūtur ātiquū. Nō timēt
dn̄m neqꝫ custodiūt cerimonias
eiꝰ atqꝫ iudicia ⁊ legē ⁊ mādatū
qd̄ p̄cepat dn̄s filijs iacob quez
cognominauit isrl̄ ⁊ pcusseāt cū
eis pactū ⁊ mādauerat eis dicēs
Nolite timē deos alienos ⁊ n̄ ado
retis eos neqꝫ colatis eos ⁊ non
ymoletis eis. ꝫ dn̄m deū vr̄m qui
eduxit vos de terra egipti in forti
tudine magna ⁊ in brachio extē
to ipsū timete ⁊ illū adorate ⁊ ipi
ymolate Cerimonias q̄ꝫ ⁊ iuditia
⁊ legem ⁊ mādatū qd̄ scripsit vo
bis custodite ut faciatis cūctis di
ebus ⁊ nō timeatis deos alienos
Et pactū qd̄ pcussit vobiscū noli
te obliuisci nec colatis deos alie
nos sed dn̄m deum vr̄m timete et
ipse eruet vos de manu oīm inimi
corꝫ vr̄orꝫ Illi vero nō audierunt
ꝫ iuxta ꝯsuetudinē suā pristinā p
petrabāt. Fuerūt igit̄ gētes iste
timētes q̄dez dn̄m ꝫ nihilominꝰ
⁊ ydolis suis seruiētes. Nā filij eo
rū ⁊ nepotes sic̄ fecerūt p̄res sui ita
faciūt vsqꝫ i pn̄tez diē. Ca. xviij.

Anno tercō osee filij hela r̄gis
israhel regnauit ezechias fi
lius achaz regis iuda Vigintiqn̄
qꝫ ānorꝫ erat cū regnare cepisset
⁊ vigintinouē ānis regnauit i ihe
rusalē. Nomē mr̄is eiꝰ abisa filia
zacharie. Fecitqꝫ qd̄ eāt bonū co
rā dn̄o iuxta oīa q̄ fecerat dd̄ p̄r
eiꝰ. Ipse discipauit excelsa ⁊ ꝯtri
uit statuas ⁊ succidit lucos ꝯfre
gitqꝫ serpētē ereū quē fecerat mo
yses. Siquidē vsqꝫ ad illud tēpus
filij israhel adolebāt ei incensum.
Vocauitqꝫ nomē eiꝰ nehestā. Et
in dn̄o deo isrl̄ sperauit Itaqꝫ ptꝰ
eū nō fuit similis ei de cūctis regi
bus iuda ꝫ neqꝫ in hijs q̄ āte euꝫ
fuerūt ⁊ adhesit dn̄o ⁊ nō recessit
a vestigijs eiꝰ. fecitqꝫ mādata eiꝰ
q̄ precepat dn̄s moysi vn̄ et erat
dn̄s cū eo ⁊ in cūctis ad que ꝓce
debat sapienter se agebat. Rebel
lauitq̄ꝫ ꝯtra regē assyriorꝫ ⁊ non
seruiuit ei. Ipse pcussit philisteos
vsqꝫ ad gazā et om̄es terminos
eorū a turre custodū vsqꝫ ad ciui
tatē munitā. Anno quarto regis
ezechie qui erat ānꝰ septimꝰ osee
filij hela regis israhel ascēdit sal
manasar rex assyriorū samariam
⁊ oppugnauit eā ⁊ cepit. Nā ptꝰ
ānos tres āno sexto ezechie idest
nono āno osee regis isrl̄ capta ē
samaria ⁊ trāstulit rex assyriorū
isrl̄ in assyrios. collocauitqꝫ eos
in ahyla ⁊ in abor. fluuijs gozan
in ciuitatibꝫ medorꝫ qꝛ n̄ audierūt
vocē dn̄i dei sui sed p̄tergressi sunt
pactū eiꝰ Oīa que precepat moy
ses seruus dn̄i nō audierūt neqꝫ
fecerūt. Anno quartodecīo regis
ezechie ascēdit sēnacherib rex as
siriorꝫ ad vniuersas cītates iuda
munitas ⁊ cepit eas. Tunc misit
ezechias rex iuda nuntios ad re
gē assyriorꝫ in lachis dicēs. Pec
caui. Recede a me ⁊ oē qd̄ imposu
eris mihi feram. Indixit itaqꝫ rex
assyriorꝫ ezechie regi iude trecēta
talēta argēti ⁊ trigīta talēta auri

Deditq; ezechias omne argentū
qđ repertū fuerat in domo dñi et
in thesauris regis. In tpe illo cō
fregit ezechias valuas tēpli dñi
⁊ laminas auri quas ipe affixeāt
et dedit eas rēgi assiriorū. Misit āt
rex assiriorꝝ tharthan ⁊ rapsaris
⁊ rapsacē de lachis ad regē ezech
iam cū manu valida iherusalem
Qui cū ascendissent venerūt ihe
rusalez ⁊ steterūt iuxta aq̄ductū
piscine supioris q̄ ē i via agri ful
lonis: vocauerūtq; regē. Egressus
ē autē ad eos eliachim filiꝰ elch
ie p̄positꝰ domus ⁊ sobna scriba
et ioahe filius asaph a cōmenta
riis: dixitq; ad eos rapsaces. Lo
q̄mini ezechie. Hec dicit rex mag
nus rex assiriorū. Que ē ista fidu
tia qua niteris. Forsitan inisti cō
siliū vt p̄pares te ad p̄liū. In q̄
cōfidis vt audeas rebellare. An
speras i baculo arūdineo atq; cō
fracto egipto. Sup quē si icubu
erit hō: ꝯminutus igrediet manū
eius ⁊ pforabit eā. Sic ē pharao
rex egipti omibꝰ qui ꝯfidūt in se
Qđ si dixeritis m̄ in dño deo nr̄o
habemus fidutiā: nonne iste est
cuius abstulit ezechias excelsa ⁊
altaria et p̄cepit iude ⁊ iherusalē
āte altare hoc adorabitis i ihrūz.
Nunc igit trāsite ad dñm meū re
gē assiriorū ⁊ dabo vobis duo mi
lia equorū ⁊ videte an habere va
leatis ascensores eorꝝ. Et q̄uo po
testis resistē ante vnū satrapam
de seruis dñi mei minimis. An fi
dutiā habes i egipto ꝓpt currus
et eq̄tes. Nūquid sine dñi volū
tate ascendi ad locū istū vt demo
lirer eū. Dñs dixit mihi. Ascēde
ad terrā hanc et demolire eā. Di
xerūt aūt eliachim filiꝰ elchie et
sobna scriba et ioahe rapsaci.
Precamur vt loquaris nobis ser
uis tuis syriace. si quidē itelligimꝰ
hāc linguā ⁊ nō loquaris nobis
iudaice audiente populo qui est
sup murū. Rñditq; eis rapsaces
dicēs. Nūquid ad dñm tuū et ad
te misit me dñs meꝰ vt loquerer
sermones hos ⁊ nō potius ad vi
ros q̄ sedent sup muruz vt come
dant stercora sua et bibāt vrinā
suam vobiscū. Stetit itaq; rapsa
ces ⁊ exclamauit voce mag̃ iuda
ice ⁊ ait. Audite v̄ba regis mag
ni: regis assiriorū. Hec dicit rex.
Non vos seducat ezechias. Nō
em̄ poteit eruere vos de maū mea
neq; fiduciā vobis tribuat super
dñm dicēs. Eruens liberabit nos
dñs et nō tradet ciuitas hec i ma
nu regis assiriorū. Nolite audire
ezechiam. Hec em̄ dicit rex assiri
orū. Facite mecū qđ vobis ē vtile
et egredimini ad me. Et comedet
vnusquisq; de vinea sua et de ficu
sua et bibetis aquas de cisternis
vr̄is: donec veniā et trāsferā vos
in terrā q̄ similis ē terre vr̄e. in ter
rā fructiferā ⁊ fertilem vini. terrā
panis ⁊ vinearū. terrā oliuarꝝ ⁊
olei ac mellis ⁊ viuetis et nō mo
riemini. Nolite audire ezechiam
qui vos decipit dicens. Dominꝰ
liberabit nos. Nunquid libera
uerūt dij gentiū terrā suā de maū
regis assiriorū. Vbi ē deꝰ emath
et arphat. Vbi ē deus sepharua
im ana ⁊ aua. Nūquid libauerūt
samariā de manu mea. Qui nam
illi sūt in vniūsis dijs terrarꝝ qui

eruerẽt regionẽ suã de manu mea
ut possit eruẽ dñs ihrlm de manu
mea. Tacuit itaq; populꝰ a non
rñdit ei quicq; Si q̃ dẽ preceptũ re
gis acceperãt ut nõ rñderẽt ei Ve
nitq; eliachim filiꝰ helchie prepo
situs domꝰ a sobna scriba et ioa
he filiꝰ asaph a cõmentariis ad eze
chiã scissis vestibus a nũtiauerũt
ei verba rapsacis. Ca. xix.

Qve cũ audissꝫ ezechias rex
scidit vestimẽta sua et oper
tꝰ ẽ sacco. ingressusq; ẽ domũ do
mini a misit eliachim ꝓpositũ do
mus a sobnã scribã a senes de sa
cerdotibꝫ opertos saccis ad ysa
iam ꝓphetã filiũ amos. Qui dixe
rũt. Hec dicit ezechias dies tbu
lacõnis a increpacõis a blasphe
mie dies iste Venerũt filij vsq; ad
partũ a vires nõ habẽt parturiẽs
Si forte audiat dñs deus tuꝰ vni
uersa verba rapsacis quẽ misit rex
assyrioꝝ dñs suꝰ ut exprobraret
um viuẽtẽ a argueret vbis q̃ au
diuit dñs deꝰ tuus a fac oracõem
ꝓ reliquijs q̃ repte sũt. Venerũt
g̃ serui ẽgis ezechie ad ysaiã dixit
q; eis ysaias. Hec dicetis dño ve
stro. Hec dicit dñs. Noli timere a
facie sermonũ quos audisti q̃bꝫ
blasphemauerũt pueri ẽgis assy
rioꝝ me. Ecce ego immittã ei spm
a audiet nũciũ a reuertẽ in terrã
suã a deiciam eꝫ gladio in terra
sua. Reuersus ẽ ergo rapsaces et
inuenit ẽgẽ assyrioꝝ expugnãtẽ
lobnã. Audierat eñ q; recessisset
de lachis. Cũq; audissꝫ de thara
cha rege ethiopie dicentes ecce
egressus est ut pugnet adũsum
te a iret otra eꝫ misit nũcios ad
ezechiã dicẽs. Hec dicite ezechie
regi iuda. Nõ te seducat deꝰ tuus
in q̃ habes fiduciaꝫ neq; dicas ñ
tradẽt ihrlm in manus regis assy
rioꝝ. Tu enĩ ipe audisti q̃ fecerũt
reges assyrioꝝ vniũs terris qũo
vastauerũt eas. Nũ g̃ solus pote
ris liberari. Nunq̃d liberauerũt dij
gẽtiũ singulos q̃s vastauerũt pa
tres mei gozan videlicz a arã a re
seph a filios eden q̃ erãt in thelas
sar. Vbi ẽ rex emath a rex arfat
a rex ciuitatis sepharuaim ana a
aua. Itaq; cũ accepissꝫ ezechias
lras de manu nũtioꝝ a legisset eas
ascẽdit in domũ dñi a expãdit eas
coram dño a orauit in ospcũ eius di
cẽs dñe deꝰ isrl q̃ sedes sup cheru
bim tu es deꝰ solꝰ regũ oĩm tre tu
fecisti cẽlũ a trã Inclĩa aurẽ tuã a
audi Aperi dñe oculos tuos a vi
de a audi oĩa verba sẽnacherib q̃
misit ut exprobrẽret nob deũ viue
tẽ. Vere dñe dissipauerũt reges
assyrioꝝ gẽtes a terras oĩm a mi
serũt deos eoꝝ in ignẽ. Nõ ei erãt
dij sĝ opa manuũ hoĩm ex ligno a
lapide a ꝑdiderũt eos. Nunc igit
dñe deꝰ nr̃ salua nos fac de manu
eoꝝ ut sciãt oĩa ẽgna tre qz tu es
dñs deus solꝰ Misit aũt ysaias fi
liꝰ amos ad ezechiã dicens. Hec
dicit dominꝰ deus israhel Que de
precatus es me sup sennacherib
rege assyrioꝝ audiui. Iste est ser
mo quẽ locutus est dominꝰ de eo
Spreuit te et subsannauit te vir
go filia syon post terguꝫ tuum ca
put mouit filia ihrusalẽ. Cui ex
probrasti a quẽ blasphemasti.
Cõtra quez exaltasti vocem tuam
a eleuasti in excelsũ oculos tuos

Cōtra sanctū israhel. Per manū
seruoꝝ tuoꝝ exprobrasti dn̄o et
dixisti. In multitudīe curruū me
orū ascēdi excelsa montiū in sūmi
tate libani ⁊ succidi sublimas ce
dros eius ⁊ electas abietes illiꝰ.
Et īgressus sū vsq̄ ad t̄minos eiꝰ
⁊ saltū carmeli eiꝰ ego succidi. Et
bibi aq̄s alienas et siccaui vesti
gijs pedū meorū om̄es aq̄s clau
sas. Nunq̄d nō audisti quid ab
inicō fecerim. Ex diebꝰ antiquis
plasmaui illud ⁊ nūc adduxi. Erūt
q̄ in ruinā colliū cōpugnantiū ci
uitates munite et qui sedēt in eis
humiles manu. Cōtremuerūt et
ꝯfusi sūt facti sūt velut fenū agri
⁊ virens herba tectorū q̄ arefacta
est anteqū veniret ad maturitatē
Habitaculū tuū ⁊ egressuꝫ tuū ⁊
introitū tuū ⁊ viā tuā ego p̄sciui
et furorē tuū cōtra me. Insanisti
in me et supbia tua ascēdit in au
res meas. Ponā itaq̄ circuluꝫ in
naribꝰ tuis ⁊ chamū in labijs tu
is ⁊ reducā te in viā p quā veīsti
Tibi aūt ezechia hoc erit signuꝫ
Comede hoc anno que repereris:
in scd̄o aūt anno q̄ spōte nascunt̄
Porro in anno tercō seminate et
metite. plantate vineas ⁊ ꝯmedi
te fructū earū. Et qd̄cūq̄ reliquū
fueit de domo iuda mittet radicē
deorsū ⁊ fatiet fructū sursū. De ihe
rusalē q̄ppe egredient̄ reliquie et
qd̄ saluet̄ de monte syon. Zelus
dn̄i exercituū fatiet hoc. Quā ob
rem hec dicit dn̄s de rege assirioꝝ
Nō ingredietꝫ vrbē hanc nec mit
tet ī eā sagittā nec occupabit eā
clipeus nec circūdabit eā municō
Per viā q̄ venit reuertet̄ ⁊ cītatē
hāc nō ingredietꝫ dicit dn̄s: ꝓte
gamq̄ vrbem hāc et saluabo eaꝫ
ꝓpter me ⁊ ꝓpt̄ dauid seruū meū
Factū ē igit̄ in nocte illa venit an
gelus dn̄i ⁊ pcussit in castris assi
rioꝝ centūoctogintaquīq̄ milia
Cūq̄ diluculo surrexissꝫ vidit oīa
corpa mortuoꝝ ⁊ recedens abijt.
Et reūsus ē sennacherib rex assiri
orū ⁊ mansit in niniue. Cūq̄ ado
raēt ī tēplo nesrach deū suū adra
melech et sarasar filiꝰ eiꝰ pcusse
rūt eū gladio: fugerūtq̄ in terrā
armeniorū et regnauit asaraddon
filius eiꝰ ꝓ eo. Ca. xx.

In diebꝰ illis egrotauit ezechias
vsq̄ ad mortez ⁊ venit ad eū ysa
ias filiꝰ amos ꝓphetes: dixitq̄ ei
Hec dicit dn̄s deꝰ. Precipe domui
tue. Morieris em̄ tu et nō viues.
Qui ꝯuertit fatiē suā ad parietez
et orauit dn̄z dicēs. Obsecro dn̄e
memēto queso qūo ambulauerī
corā te ī veritate ⁊ in corde pfecto
et qd̄ placitū est corā te fecerim.
Fleuit itaq̄ ezechias fletu mag
no. Et anteqū egrederetur ysaias
mediam ptem atrij factꝰ ē sermo
dn̄i ad eū dicēs. Reuertere et dic
ezechie duci populi mei. Hec dic̄
dn̄s deus dauid pr̄is tui. Audiui
oracōnem tuā: vidi lacrimā tuaꝫ
et ecce sanaui te. Die tercō ascen
des templū dn̄i et addam diebꝰ
tuis q̄ndecī annos. Sed ⁊ de maū
regis assirioꝝ liberabo te ⁊ cītatez
hanc ⁊ ꝓtegā vrbem istaꝫ ꝓpter
me ⁊ ꝓpter dauid seruū meū. Dix
itq̄ ysaias. Afferte massaꝫ ficorū
Quā cū attulissent ⁊ posuissent su
per vlcus eius: curatꝰ est. Dixeāt
autē ezechias ad ysaiam. Quod

erit signū qꝓ dñs me sanabit a qꝓ ascēdam die tertia tēplū dñi. Cui ait ysaias. Hoc erit signum a dño qꝓ facturus sit dñs sermonē quē locut⁹ ē. Vis ut ascēdat vmbra decem lineis aut ut reūtat̄ toti decem gradib⁹. Et ait ezechias. Facile ē vmbraz crescere decē lineis. Nec hoc volo ut fiat. ſ ut reuertatur retrorsū decem gradib⁹. Inuocauit itaqꝫ ysaias ꝓpha dñm a reduxit vmbrā p lineas quib⁹ iam descenderat in horologio achaz retrorsū decem gradib⁹. In tēpe illo misit merodach baladā filiꝰ baladan rex babilonioꝝ lras a munera ad ezechiā. Audierat em̄ qꝓ egrotasset ezechias. Letatus ē autē in aduētu eoꝝ ezechias a ostēdit eis domū aromatū a auru a argentū a pigmēta varia. vngenta qꝫ a domū vasoꝝ suoꝝ a oīa que habere poterat in thesauris suis. Nō fuit qđ non monstrāret eis ezechias in domo sua a in oī potestate sua. Venit aūt ysaias ꝓpha ad regē ezechiā. dixitqꝫ ei. Quid dixerūt viri isti. aut vñ venerunt ad te. Cui ait ezechias. De terra longinqꝫ venerūt ad me de babilone At ille rñdit. Quid viderunt in domo tua. Ait ezechias. Oīa quecūqꝫ sunt in domo mea viderūt. Nihil ē em̄ qđ nō mōstrauerim eis in thesauris meis. Dixit itaqꝫ ysaias ezechie. Audi sermōez dñi. Ecce dies venient et auferent oīa q̄ sūt in domo tua a q̄ odierūt patres tui vsqꝫ in diē hāc in babilonez. Nō remanebit q̄cqꝫ ait dñs. Sz et de filijs tuis q̄ egredient ex te qs gñabis tollent a erūt eunuchi in palatio regis babilonis. Dixit ezechias ad ysaiā. Bonus sermo dñi quem locutus est. Sit tm̄ pax a veritas in diebus meis. Reliqꝫ autē sermonū ezechie a omnis fortitudo eius et qꝰ modo fecerit piscinā a aqueductū a introduxerit aquas in ciuitatē: nōne hec scripta sūt in libro sermonū dierum regum iuda. Dormiuitqꝫ ezechias cū patribus suis a regnauit manasses filiꝰ eius pro eo. Ca. xxi.

Octodecim annoꝝ erat manasses cū regnare cepisset a quinquagintaqnqꝫ āis regnauit in ihrlm. Nomē matris eius aphsiba Fecitqꝫ malū in conspectu dñi iuxta ydola gentiuꝫ qs delenit dñs a facie filioꝝ isrl. Conuersusqꝫ ē a edificauit excelsa q̄ dissipauerat ezechias pat eius et erexit aras baal a fecit lucos sicut fecerat achab rex isrl a adorauit oem̄ militiā celi a coluit eaz. Extruxitqꝫ aras in domo dñi de q̄ dixit dñs in ihrlm ponā nomē meuz a extruxit altaria vniuse militie celi in duobus atrijs tēpli dñi. Et traduxit filiū suū per ignē a ariolatus ē a obseruauit auguria a fecit phitones a aruspices multiplicauit ut faceret malū coram dño a irritaret eū. Posuit qꝫ ydolū lucī quez fecerat in tēplo dñi sup quo locutus ē dñs ad dauid a ad salomonē filiū eius. In tēplo hoc et in ihrlm quam elegi de cunctis tribub⁹ israhel ponam nomē meū in sempiternū a vltra non faciam cōmoueri pedem israhel de terra quā dedi patribus eoꝝ si custodierint ope oīa que p̄cepi eis a vniuersaz legem quam mādauit eis seruus meus moyses.

Illi vero non audierūt. ꝫ seducti
sūt a manasse vt facerent malū
sup gentes q̄s ꝯtriuit dn̄s a fatie
filiorū isrl̄. Locutusq̄ ē dn̄s ī ma
nu seruoꝝ suoꝝ ꝓphetaꝝ dicens.
Quia fecit manasses rex iuda ab
nā in ꝑdicōem. qꝛ de mercedibus
meretricis congregata fūt ⁊ vsqꝫ
ad mercedē meretricis reūtentur.
Sup hoc plangam ⁊ vlulabo va
dā spoliatus ⁊ nud⁹. Fatiā plan
ctū velut dr̄conū et luctū q̄si stru
ti onū. qꝛ despeāta est plaga eius
qꝛ venit vsqꝫ ad iudā. tetigit por
taꝫ ꝓpl̄i mei vsqꝫ ad iherusalē. In
geth nolite ānūtiare lacrimis ne
ploretis In domo pulueis pulue
re vos ꝯspgite ⁊ trāsite vob̄ habi
tacō pulchra. cōfusa ignominia.
Nō est egressa q̄ habitat in exitu
Planctū dom⁹ vicine accipiet ex
vob̄ q̄ stetit sibimet. qꝛ infirmata
est in bonū que hītat in amaritu
dinib⁹. qꝛ descēdit malū a dn̄o in
portā ihrl̄m. tumult⁹ q̄drige stu
poris habitanti lachis. Pn̄cipiū
peccati est filia syon. qꝛ in te inuē
ta sunt scelera isrl̄. Propterea da
bit emissarios sup hēditatē geth
dom⁹ mēdacij in decepcōnem regi
bus isrl̄. Adhuc heredē adducā
tibi que habitas in maresa. vsqꝫ
odollā veniet gl̄ia isrl̄. Decaluaē
⁊ tondē sup filios delitiaꝝ tuarū
dilata caluitiū tuū sicut aq̄la qm̄
captiui ducti sunt ex te. Ca. ij.

Et qui cogitatis īutile ⁊ ope
ramini malū ī cubilib⁹ vr̄is
In luce matutina fatiūt illud. qm̄
ꝯtra dn̄m est man⁹ eoꝝ Et ꝯcupi
erūt agros ⁊ violent tulert et ra
puert domos ⁊ calūniabant viꝝ
⁊ domū ei⁹. viꝝ ⁊ hereditatē eius
Idcirco hec dicit dn̄s. Ecce ego co
gito sup familiā istā malū vn̄ nō
auferetis colla vr̄a ⁊ nō ambula
bitis supbi. qm̄ tps pessimuꝫ est.
In die illa sumet sup vos parabola
et cātabit canticū cū suauitate di
centiū. De populacōne vastati su
m⁹. Pars ꝓpl̄i mei cōmutata est.
Qūo recedet a me cū reūtat qui re
giones nr̄as diuidat. Propter
hoc nō erit tibi mittens funiculū
sortis ī cetu dn̄i isrl̄. Ne loq̄mī lo
quentes. Non stillabit sup istos
non ꝯphēdet cōfusio dicit dn̄s ia
cob. Nūquid abbreuiat⁹ ē spūs
dn̄i aut tales fūt cogitatiōes ei⁹.
Nōne v̄ba mea bō sunt cū eo qui
rcē g̃dit. Et ecōtrario ꝓpl̄us me⁹
in adūsariū ꝯsurrexit. De sup tuni
cā palliū fustulistis ⁊ eos q̄ tran
siebant simplicit ꝯūtistis in bellū
Mulieres ꝓpl̄i mei eiecistis de do
mo delitiaꝝ suaꝝ a puul̄ eaꝝ tuli
stis laudeꝫ meā in ꝑpetuū. Surgi
te ⁊ ite. qꝛ nō hētis h̄ requiē. Pro
pter īmūditiaꝫ ei⁹ corrūpetur pu
tredīe pessima. Vtinā nō eēm vir
hn̄s spm̄ ⁊ mēdatiū poti⁹ loq̄rer
Stillabo tibi in vinū ⁊ ī ebrietatē
⁊ erit super quē stillat ꝓpl̄us iste.
Cōgregacōne ꝯgregabo iacob to
tū te in vnū conducam reliquias
isrl̄. Parit ponā illū q̄si gregeꝫ in
ouili quasi pecus in medio caula
rū. Tumultuabūt a multitudine
hoīm. Ascēdet em̄ pandēs it ante
eos. Diuidet ⁊ trāsibunt portā et
egrediēt ꝑ eā. Et trāsibit rex eoꝝ
coraꝫ eis ⁊ dn̄s in capite eorum.

Et dixi. Audite pn̄ Ca. iij.
cipes iacob ⁊ duces domus

israhel · Nūquid nō vestrū ē scire
iudiciū: q odio habetis bonū a di
ligitis malū: qui violenē tollitis
pelles eoz de sup eis a carnē eoz
de sup ossib⁹ eoz. Qui comederūt
carnē pli mei a pellē eoz desuper
excoriauerūt a ossa eoz confregerūt
a ciderūt sicut i lebete a q̄si carnē
in medio olle. Tūc clamabūt ad
dñm a nō exaudiet eos et abscō
det faciē suā ab eis i tpe illo sicut
neqter egerūt i adinuētionibus
suis · Hec dicit dñs sup pphetas
q̄ seducūt pplm meū q̄ mordēt dēti
bus suis et pdicāt pacē · Et si q̄s
nō dederit in ore eorū q̄ppiaz: sāc
ficāt sup eū pliū Proptēa nox vo
bis p visione erit a tenebre vob
p diuinacōne · Et occūbet sol sup
pphetas a obtenebrabit sup eos
dies · Et confundent q̄ vidēt visiones
a confudent diuinū Et operiēt vult⁹
suos omēs · qz nō ē respō sū dei. Ve
rūtamen ego replet⁹ sū fortitudie
spūs dñi iudicō a virtute vt annū
ciē iacob sceler suū a isrl peccatū
suū · Audite hoc principes dom⁹
iacob a iudices domus israhel q̄
abhominamini iudiciū a omnia
recta pertitis · Qui edificatis sy
on in sanguinibus a ierusalem
in iniquitate · Principes eius in
muneribus iudicabant et sacer
dotes eius in mercede docebant Et
pphete eius in pecunia diuinabāt
a super dominū requiescebant di
centes · Nūquid non dominus in
medio nostrum ⁊ Nō venient su
per nos mala · Propter hoc cau
sa vri syō q̄i ager arabit a ihrl
q̄si acervus lapidū erit a mōs tē
pli i excelsa silua. Ca. iiij.

Et in novissimo dieru erit
mōs domus dñi pparatus
in vertice montiū a sublimis sup
colles · Et fluent ad eū pli a pe
rabūt gentes multe a dicēt · Ve
nite ascendam⁹ ad montē dñi et
ad domū di iacob Et docebit nos
de viis suis a ibim⁹ in semitis ei⁹
Quia de syon egredietur lex a verbū
dñi de ierusalē · Et iudicabit inter
populos multos a corripiet gen
tes fortes vsq; in longinquū · Et
cōcidēt gladios suos in vomeres
a hastas suas in falcones · Non su
met gens adūsū gentē gladiū a
nō discent vltra belligerare Et se
debit vir subt⁹ vineā suā a sb⁹
ficū suā a nō erit q̄ deterreat · qz os
domini exercituum locutū ē. Quia
omnes populi ambulabūt · vnus
quisq; in nomine dei sui · nos aūt
ambulabim⁹ in nomine domini
dei nostri in eternum a vltra · In
die illa dicit dñs congregabo clau
dicantē a eam quā eieceram colli
gam a quam afflixerā cōsolabor
Et ponā claudicantē in reliquias
a eā que laborauerat in gentē ro
bustā · Et regnabit dñs sup eos
in monte syon: ex hoc nūc a vsq;
in eternū · Et tu turris gregis ne
bulosa filia syon vsq; ad te veni
et a veniet potestas pma regnū
filie ihrl Nūc q̄re mero⁹ in tristi
tia ⁊ nūq̄d rex nō ē tibi aut consilia
ri⁹ tu⁹ p̄ist: q̄ coptēdit te dolor sic
pturiente ⁊ dolea satage filia syō
q̄i pturiēs · q̄ nūc egredieis de cīa
te a hītabis i regione a venies vsq;
ad babilonē Ibi liberaberis ibi re
det te dñs de manu inimico⁹ tuo⁹ a
nūc congregate sup te gentes mlte

que dicaũt lapidẽt ⁊ aspitiat i sy5 oculꝰ noster. Ipsi aũt nõ cognouerũt cogitacões dñi ⁊ nõ intellexerũt consiliũ eius. qꝝ cõgregauit eos quasi fenũ aree. Surge et tritura filia syon. qꝝ cornu tuũ ponã ferreũ et vngulas tuas ponã ereas. Et comminues pꝓlos multos ⁊ interficias dño rapinas eoꝝ ⁊ fortitudinẽ eoꝝ dño vniuersę terre.

Nunc vastaberis filia latronis Obsidionẽ posuerunt super nos in vga percutient maxillã iudicis isrl. Et tu bethleẽ effrata puulus es in milibꝰ iuda. Ex te mihi egredietꝫ qui sit dñator in isrl ⁊ egressus eiꝰ ab initio a diebus eternitatis. Propt̃ hoc dabit eos vsqꝫ ad tẽpus in qꝫ pturiens pariet. Reliqę fratꝝ eius cõuertent ad filios isrl. Et stabit et pascet in fortitudine dñi i sublimitate nominis dñi dei sui. Et cõuertent. qa nunc magnificabit vsqꝫ ad extremos terre. Et erit iste pax assiriꝰ cũ venerit in terraꝫ nrãm ⁊ qñ calcauerit in domibꝰ nris. Et suscitabimꝰ super eũ septẽ pastores et octo primates hoies. Et pascẽt terrã assur in gladio ⁊ terrã nemrod in lãceis eiꝰ. Et liberabit ab assur cũ venerit in terraꝫ nrãm et cũ calcauerit in finibꝰ nostris. Et erunt reliqę iacob in medio pꝓlorꝫ multorũ qsi ros a dño et qsi stille sup herbã q nõ expectat virꝫ et nõ pstolat filios hoim. Et erũt reliqę iacob in gentibꝰ in medio pꝓlorꝫ multorũ qsi leo in iumẽtis silvarꝫ ⁊ quasi catulꝰ leonis in gregibꝫ pecorꝫ. Qui cũ trãsierit ⁊ conculcauerit ⁊ ceperit nõ ẽ qui eruat. Et exaltabit manꝰ tua sup hostes tuos et oẽs inimici tui interibũt. Et erit in die illa dicit dñs auferã equos tuos de medio tui et dispdã q̃ drugas tuas et pdaꝫ ciuitates terre tue ⁊ destruã omnes munitiones tuas. Et auferã maleficia de manu tua ⁊ diuinacões nõ erunt in te. Et pire fatiã sculptilia tua ⁊ statuas tuas de medio tui. ⁊ nõ adorabis vltr̃ opa manuũ tuarꝫ ⁊ euellã lucos tuos de medio tui Et interficiã ciuitates tuas ⁊ fatiaꝫ in furore ⁊ indignacõe vltiões in gentibꝰ oibꝫ q̃ nõ audierũt.

Audite q̃ dñs loquit̃ Surge iudicio contende adversum montes ⁊ audiãt colles vocẽ tuã. Audiãt montes iudicium dñi ⁊ fortia fundamẽta terre. qꝝ iudicium dñi cum pꝓlo suo et cum isrl disiudicabit̃. Populus meus quid feci tibi å q̃d molestꝰ fui tibi. ꝛ Rñdẽ mihi. Quia eduxi te de terra egipti ⁊ de domo seruitutis liberaui te ⁊ misi ante faciez tuaꝫ moysen et aaron ⁊ mariã. Populus meus memẽto q̃so q̃d cogitauerit contra me balach rex moab ⁊ q̃d responderit ei balaã filius beor de sethim vsqꝫ ad galgalã ut cognoscerꝫ institias dñi. Quid dignum offerã dño. ꝛ Curuabo genu do excelso. ꝛ Numquid offerã ei holocaustomata et vitulos anniculos. ꝛ Numquid placari potꝫ dñs in milibꝰ arietuꝫ å i mltis milibꝰ hircorũ pinguiũ. ꝛ Numquid dabo primogenitum meum pro sceleree meo. fructum ventris mei pro peccato aiãe mee. ꝛ Indicabo tibi o homo quid sit bonum ⁊ q̃d dñs requirat a te. Vtiqꝫ facere iudicium ⁊ diligere miaz ⁊ sollicitum ambulare cum deo tuo. Vox dñi ad ciuitatẽ clamat

et salus erit timētib⁹ nomē eius
Audite tribus. Et q̄s approbabit
illud. Adhuc ignis ī domo īpij:
thesauri iniq̄tatis ⁊ mēsura minor
ire plena. Nūquid iustificabo sta
terā īpiā et saccelli pō deā dolosa.
In q̄b⁹ diuites ei⁹ repleti sūt iniq̄
tate ⁊ habitantes in ea loq̄bant̄
mēdatiū ⁊ lingua eorū fraudulē
ta ī ore eoꝝ. Et ego ergo cepi pcu
tere te perdicōne sup peccatis tuis
Tu ɔmedes ⁊ nō saturaberis ⁊ hu
miliacō tua in medio tui. Et appre
hendes ⁊ nō saluabis ⁊ q̄s salua
ueris ī gladiū dabo Tu seminab̄
⁊ nō metes. tu calcabis oliuā ⁊ n̄
vngeris oleo ⁊ mustuꝫ ⁊ n̄ bibes
vinū Et custodisti precepta amri
⁊ omē opus domus achab ⁊ am
bulasti ī voluptatib⁹ eorū vt da
rē te ī pditionē ⁊ habitātes ī ea ī
sibilū ⁊ opprobriū populi mei por
tabitis. Ca. vij.

Ve mihi: qꝛ fact⁹ sū sicut q̄ col
ligit in autūno racemos vi
demie Nō ē botrus ad ɔmedēduꝫ
p̄coquas ficus desiderauit anima
mea. Perijt scūs de t̄ra et rectus
in hōib⁹ nō ē. Omēs in sāguine in
sidiant̄. vir fratrē suū ad mortez
venat̄. Malū manuū suarū dicūt
bonū. Princeps postulat et iudex
in reddēdo ē. Et magnus locut⁹ ē
desideriū aīe sue ⁊ ɔturbauerūt eā.
Qui optimus ī eis ē q̄si paliurus
et q̄ rectus q̄si spina de sepe. Dies
speculacōis tue visitacō tua venit
Nūc erit vastitas eoꝝ. Nolite cre
dere amico ⁊ nolite cōfidere ī duce
Ab ea q̄ dormit ī sinu tuo custodi
claustra oris tui. qꝛ fili⁹ ɔtumeliā
facit p̄ri ⁊ filia ɔsurget aduersus
matrē suaꝫ. nurus aduersus socrū
suā ⁊ īimici hōis domestici ei⁹. Ego
aūt ad dn̄ꝫ aspiciā. expectabo deū
saluatorē meū. Audiet me de⁹ me
us. Ne leteris inimica mea sup me
qꝛ cecidi. Cōsurgā. Cū sedero in te
nebris: dn̄s lux mea ē. Iram dn̄i
portabo qm̄ pcāui ei donec causā
meā iudicet ⁊ fatiat iudiciū meū
Et educet me ī lucē videbo iustici
ā ei⁹ ⁊ aspiciet īimica mea ⁊ operi
et̄ ɔfusione q̄ dicit ad me. Vbi ē
dn̄s de⁹ tu⁹. Oculi mei videbūt in
eā. Nūc erit ī ɔculcacōnē vt lutū
plateaꝝ. Dies vt edificēt̄ macerie
tue. In die illa lōge fiet lex. In die
illa ⁊ vsqꝫ ad te veniet assur ⁊ vsqꝫ
ad cītates munitas ⁊ a cītatibus
munitis vsqꝫ ad flumē ⁊ ad mare
de mari ⁊ ad mōtē de mōte. Et t̄ra
erit ī desolacōez ꝓpt̄ hītatores su
os ⁊ ꝓpter frcm̄ cogitacōnū eorū
Pasce: ꝓpl'm tuū ī v̄ga tua gregē
hēditatis tue habitantes solos
in saltu. In medio carmeli pascē
tur basan ⁊ galaad iuxta dies ā
tiquos: scd̄um dies egressionis
tue de terra egipti Ostendā ei mi
rabilia. Videbūt gētes ⁊ ɔfūden
tur sup omī fortitudīe sua. Ponet
manū sup os. aures eoꝝ surde erūt.
Lingēt puluerem sicut serpentes
velut reptilia terre ꝓturbabunt̄
de edibus suis. Dominū deum no
strū desiderabūt ⁊ tiebūt te. Quis
de⁹ similis tui q̄ aufers iniq̄tatē ⁊
transis peccatū reliq̄aꝝ hēditatis
tue. Non immittet vltra furorez
suū. quoniā volens misericordiā
est. Reuertetur ⁊ miserebitur nr̄i
Deponet iniq̄tates nr̄as ⁊ ꝓiciet
in ꝓfūdū maris omnia pccā nr̄ā

dab veritatē iacob. miaz abrahā
q̄ iurāsti p̄ribz nr̄is a diebz ātiq̄s.

Explicit Micheas ꝓpha.
Incipit Naū ꝓpheta.

Onus niniue. Lib̄ vi
siōis naū helchesei.
Deꝰ emulator et vl
ciscēs dn̄s. vlciscēs
dn̄s ⁊ hn̄s furorez.
vlciscens dominꝰ in hostes suos
et irascens ipe inimicis suis. Dn̄s
patiēs ⁊ magnꝰ fortitudīe ⁊ mū
dans nō fatiet innocentē dn̄s in
tēpestate et turbīe vie eiꝰ ⁊ nebu
le puluis pedū eiꝰ. Increpās ma
re ⁊ exiccans illud ⁊ oīa flumīa
ad desertū deducēs. Infirmitas est
basā et carmelꝰ ⁊ flos libani elā
guit. Mōtes ꝯmoti sunt ab eo et
colles desolati sūt. Et contremuit
terra a fatie eiꝰ ⁊ orbis et oēs ha
bitantes in eo. Aū fatiē indigna
tiōis eiꝰ q̄s stabit ⁊ quis resistet
in ira furoris eiꝰ. Indigtio eiꝰ ef
fusa est ut ignis ⁊ petre dissolute
sūt ab eo. Bonꝰ dn̄s et ꝯfortans
in die tribulatiōis ⁊ sciens sperā
tes in se. Et in diluuio p̄tereūte cō
sūmacōem fatiet loci eius ⁊ inimi
cos eiꝰ ꝑsequēt̄ tenebre. Quid co
gitatis ꝯtra dn̄m. Cōsūmacōem
ipē fatiet. Nō cōsurget duplex tri
bulacō. q̄ sicut spine seinuicez cō
plectunt̄ sic cōuiuiū eoꝝ pit̄ potā
tiū. Consumenť q̄si stipula aridi
tate plena. Ex te eī exibit cogitās
ꝯtra dn̄m malitiā. mēte ꝑtractās
p̄uaricacōez. Hec dicit dn̄s. Si ꝑ
fecti fuerint et ita plures. sicq̄ at
tondēt̄ ⁊ ꝑtrāsibit. Afflixi te ⁊ nō
affligā te vltra. Et nūc ꝯterā v̄gā
eiꝰ de dorso tuo et vincula tua di
rūpā. Et p̄cipiet sup te dn̄s. Non
semīabit̄ ex noīe tuo ampliꝰ. De
domo dei tui īt̄fitiā. Sculptile et cō
flatile ponā sepulchꝝ tuū. q̄ ihō
noratus es. Ecce sup mōtes pedes
euāgelisātis ⁊ annūtiantis pacē
Celebra iuda festiuitates tuas ⁊
ēdde vota tua q̄ n̄ aditiet vltr̄ ut
ꝑtr̄nseat ī te belial vniūsus īterijt.

Ascendit q̄ dispgat Ca. ij.
corā te q̄ custodiat obsidio
nē. Contēplare viā. ꝯforta lūbos.
roboā v̄tutē valde. Quia reddidit
dn̄s supbiā iacob sicut supbiam
isrl̄. Quia vastatores dissipaue
rūt eos ⁊ ꝓpagīes eoꝝ corruperūt
Clipeus fortiū eiꝰ ignitus. viri ex
ercitus in coccineis. Ignee habe
ne currꝰ in die p̄pacōnis eius et
agitatores cōsopiti sūt. In itineri
bꝰ ꝯturbati sūt. q̄drige collise sūt
in plateis. Aspectꝰ eorū q̄si lāpa
des. q̄si fulguā discurrētia. Recor
dabit̄ fortiū suoꝝ ruent ī itineribz
suis. Velocit̄ ascendēt muros eiꝰ
et p̄pabit̄ vmbraculū. Porte flu
uioꝝ apte sūt et tēplū ad solū di
rutū. Et miles captiuꝰ adductus
est ⁊ ancille eiꝰ minabant̄ gemē
tes ut colūbe murmurātes in cor
dibus suis. Et niniue q̄si piscina
aq̄ꝝ aque eiꝰ ipi vero fugerunt.
State state ⁊ nō est q̄ reuertatur.
Diripite argētū diripite auꝝ ⁊ nō
ē finis diuitiaꝝ ex oībꝰ vasis desi
derabilibꝰ. Dissipata ⁊ scissa ⁊ di
lacerata ⁊ cor tabescens ⁊ dissolu
tio geniculoꝝ et defectio in cūctis
reībz ⁊ faties oīm sic nigredo olle
Vbi est hītaculū leonū ⁊ pascua

catulorum leonū. Ad quam iuit
leo vt ingrederet illuc catulus le
onis et non est q̄ exterreat. Leo
cepit suffitienter catulis suis ⁊ ne
cauit leenis suis. Et impleuit pre
da speluncas suas et cubile suum
rapina. Ecce ego ad te dicit domi
nus exercituum ⁊ succendā vsq̄
ad fumū quadrigas tuas ⁊ leun
culos tuos comedet gladius. Et
exterminabo de terra predaz tuaz
⁊ non audietur vltra vox nuntio
rum tuoꝝ. Ca. iij.

Ve ciuitas sanguinum vniu
sa mendacij dilaceratione
plena. Non recedet a te rapina.
Vox flagelli et vox impetus rote
⁊ equi frementis ⁊ quadrige fer
uentis ⁊ equitis ascendētis et mi
cantis gladij ⁊ fulgurātis haste
⁊ multitudinis īterfecte ⁊ grauis
ruine nec est finis cadaueruz. Et
corruent in corporibus suis ꝓpter
multitudinem fornicationū mere
tricis spetiose ⁊ grate ⁊ habentis
malefitia que vendidit gētes in
fornicationib⁹ suis ⁊ familias in
maleficijs suis. Ecce ego ad te di
cit dominus exercituum ⁊ reuela
bo pudenda tua ī fatie tua et ostē
dam in gentibus nuditatem tuā
et regnis ignominiā tuam. Et ꝓ
iciam super te abhominationes
tuas ⁊ contumelijs te afficiam ⁊
ponam te in exemplū. Et erit om
nis qui viderit te resiliet a te ⁊ di
cet. Vastata est niniue. Quis cō
mouebit super te caput. Vnde q̄
ram cōsolatorem tibi. Nunquid
melior es ab alexandria populo
rum que habitat in fluminib⁹.
Aque in circuitu ei⁹ cuius diuitie
mare aque muri eius. Ethiopia
fortitudo eius ⁊ egiptus ⁊ nō est
finis. Affrica ⁊ libies fuerunt in
auxilio tuo sed ⁊ ipa in transmi
gratione ducta est in captiuitatē
Paruuli eius elisi sunt in capite
omnium viarum ⁊ super inditos
eius miserūt sortem ⁊ omnes op
timates eius confixi sunt in cōpe
dibus. Et tu ergo inebriaberis ⁊
eris despecta ⁊ queres tu auxiliuz
ab inimico. Omnes munitiones
tue sicut ficus cū grossis suis: si cō
cusse fuerint cadunt in os come
dentis. Ecce populus tuus mulie
res ī medio tui. Inimicis tuis ad
aptionem pandentur porte terre
tue deuorabit ignis vectes tuos
Aquam propter obsidionē hau
ri tibi: extrue munitiōes tuas. In
tra in lutum ⁊ calca. subigēs tene
laterem. Ibi comedet te ignis. pe
ribis gladio. deuorabit te vt bru
cus. Congregare ergo vt brucus
multiplicare vt locusta. Plures
fecisti negotiationes tuas q̄ stel
le sint celi. Brucus expansus est
⁊ auolauit. Custodes tui quasi
locusta ⁊ puuli tui quasi locuste
locustarū que cōsident in sepib⁹
ī die frigoris. Sol ortus est ⁊ auo
lauerūt ⁊ nō est cognitus locus
earū vbi fuerint. Dormitauerūt
pastores tui rex assur. sepelientur
principes tui. Latitauit populus
tu⁹ ī mōtib⁹ ⁊ nō ē q̄ ꝯgreget. Nō
ē obscuā ꝯtricō tua pessima ē pla
ga tua. Omēs q̄ audierūt auditi
onem tuam cōpresserunt manū
tuam sup te. Quia super quem nō
transijt malitia tua semper.

Explicit naum ꝓpha.

Incipit abacuch ꝓpheta.

Onus quod vidit abacuch ꝓpha. Vsquequo dñe clamabo & non exaudies. Vociferabor ad te vim patiens & non saluabis. Quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem videre prædam & iniustitiam contra me. Et factum est iudicium & contradictio potentior. Propterea euacuata est lex & non peruenit vsque ad finem iudicium quia impius preualet aduersus iustum. Propterea egredietur iudicium pessimum. Aspicite in gentibus & videte & admiramini & obstupescite. quia opus factum est in diebus vestris quod nemo credet cum narrabitur. Quia ecce ego suscitabo caldeos gentem amaram & velocem ambulantem super latitudinem terre. ut possideat tabernacula non sua. Horribilis & terribilis est ex semetipsa iudicium & onus eius egredietur. Leuiores pardis equi eius & velociores lupis vespertinis et diffundentur equites eius. Equites namque eius de longe venient. volabunt quasi aquila festinans ad comedendum. Omnes ad prædam venient. faties eorum ventus vestra. Et congregabit quasi arenam captiuitatem & ipse de regibus triumphabit et tyrannorum ridiculi eius erunt. Ipse super omnem munitionem ridebit & congportabit aggerem & capiet eam. Tunc mutabit spiritus & pertransibit & corruet. Hec est fortitudo eius dei sui. Nunquid non tu a principio dñe deus meus sancte meus & non moriemur. dñe in iudicium posuisti eum & fortem ut corriperes fundasti eum. Mundi fulget oculi tui ne videas malum et respicere ad iniquitatem non poteris. Quare non respicis super inique agentes & tacentem deuorante impio iustiorem se. Et facies hominem quasi pisces maris & quasi reptile non habens principem. Totum in hamo sublenauit traxit illud in sagena sua & congregauit in rete suum. Super hoc letabitur & exultabit. propterea immolabit sagene sue et sacrificabit reti suo. quia in ipsis incrassata est pars eius & cibus eius electus. Propter hoc & expandit sagenam suam & semper interficere gentes non pcet. Ca. ij.

Super custodiam meam stabo & figam gradum super munitionem. Et contemplabor ut videam quid dicat mihi et quid respondeam ad arguentem me. Et respondit mihi dñs & dixit. Scribe visum & explana eum super tabulas ut percurrat qui legerit eum. Quia adhuc visus prophetabit & apparebit in finem & non mentietur. Si moram fecerit expecta illum. quia ueniens veniet et non tardabit. Ecce qui incredulus est non erit recta anima eius in semetipso Justus autem in fide sua viuet. Et quomodo vinum potator decipit sic erit vir superbus et non decorabitur. Qui dilatauit quasi infernus animam suam & ipse quasi mors & non adimplebitur. Et congregauit ad se omnes gentes & coacernauit ad se omnes populos. Nunquid non omnes isti super eum parabolam sumet & loquelam enigmatum eius. Et dicet. Ve ei qui multiplicat non sua. Vsquequo & aggrauat contra se densum lutum. Nunquid non repente consurgent qui mordeant te. Et suscitabunt laceratores te & eris in rapinam eis. quia tu spoliasti gentes multas spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis. propter sanguinem hominis & iniquitatem terre ciuitatis et omnium habitantium in ea. Ve qui congregat auaritiam

malā domui sue vt sit ī excelso m
b9 eȝ a libeāri se putat de manū ma
li. Cogitasti cōfusionē domui tue
cōcidisti pplos multos a peccauit
aīa tua. Quia lapis de pariete da
mabit a lignū qđ inter iūcturas
edificioȝ ē respōdebit. Ve q̄ edifi
rat cīvitatē in sāguinib9 a ppparat
vrbē ī iniq̄tate Nūqđ nō hec sūt a
dño exercituū. Laborabūt ei pplī
in multo igni a gētes in vacuū a
deficiēt. Quia replebit tra vt cog
noscāt gliaz dñi: q̄si aque opien
tes mare. Ve q̄ potū dat aīco suo
mittēs fel suū a inebriās vt aspi
ciat nuditatem eius. Replet9 ē ig
nominia p glia Bibe tuq̄ a cōso
pire Circūdabit te calix dexterē dñi
a vomit9 ignominie sup gliaz tu
am. Quia iniq̄tas libani opiet te
a vastitas aialiū deterrebit eos:
de sanguinib9 hōis a iniq̄tate tre
a cīvitatis a oīm habitanciū in ea
Quid pdest sculptile qz sculpsit il
lud fictor suus conflatile a imaginē
falsā. qz spauit ī figmento fictor ei9
vt facēt simulacra muta. Ve q̄
dicit ligno expgisc̄re: surge lapi
di tacēti Nūquid ipe docē potest.
Ecce iste coopt9 ē auro a argēto
a omnis spūs nō ē in visceribus
ei9 dñs aūt in tēplo sācto suo: si
leat a facie eius oīs terra.

Orō abacuch pphe p ignoracō i

Omne audiui audicō ex
tuā: a timui. dñe op9 tuū
ī medio annoꝝ viuifica
illud. In medio annoꝝ notū fa
ties: cū iratus fueris mie recor da
beris. Deus ab austro veniet: a sanc
tus de mōte pharan. Semp. Opuit ce
los gloria ei9: a laudis ei9 plena ē
terra. Splendor ei9 vt lux erit: cor
nua ī manib9 ei9. Ibi abscōdita
ē fortitudo ei9: ante faciē eius ibit
mors. Egredietur diabol9 ante pedes
ei9: stetit a mensus ē tra. Aspexit
a dissoluit gētes: a cōtriti sūt mō
tes seculi. Incurvati sūt colles mū
di: ab itineribus eternitatis ei9. Pro
iniq̄tate vidi tētoria ethiopie: tur
babunt pelles tre madian Nūqđ
in flumib9 irat9 es dñe: aut in flumi
bus furor tuus: vel in mari indigna cō
tua. Qui ascēdes sup equos tuos:
a q̄drige tue salvatio. Suscitans
suscitab arcū tuū: iuramēta tribu
b9 q̄ locutus es. Semp. Fluvios
scindes tre: viderūt te a doluerūt mō
tes: gurges aq̄e trāsijt dedit ab
issus vocē suā: altitudo man9 suas
leuauit. Sol a luna steterūt in hā
culo suo: in luce sagittaȝ tuarum
ibūt: ī splendore fulgurātis haste
tue. In fremitu cōculcabis tra: et in
furore obstupefaties gētes. Egres
sus es ī salutē pplī tui: ī salutē cū cri
sto tuo. Percussisti caput de domo
impij: denudasti fūdamētū vsq̄
ad collū. Semp. Maledixisti scep
tris ei9: capitī bellatorū ei9 ve mē
tib9 vt turbo ad dispgēdū me Ex
ultatio eoꝝ: sicut ei9 qui devorat
pauperem ī abscōdito. Viā fecisti
ī mari equis tuis: in luto aquarū
multarū. Audiui a cōturbatus ē
venter meus: a voce cōtremuerūt
labia mea. Ingrediat putredo in
ossib9 meis: a subter me scateat.
Vt requiescā in die tribulacōis: vt
ascendā ad pplm accinctus nūm.
Ficus em nō florebit: et nō erit
germē in vineis. Mentiet opus
olive: a arua nō afferent cibum.

Abscidet de ouili pec⁹ ⁊ nō erit ar
mentū in p̄sepib⁹. Ego aūt ī dño
gaudebo ⁊ exultabo ī deo ihu meo
Deus dñs fortitudo mea ⁊ ponat
pedes meos q̄si ceruorū. Et sup ex
celsa mea deducet me victor ī psal
mis canentem.

Explicit Abacuch ꝓpheta.
Incipit Sophonias ꝓpha.

Verbū dñi qd factuz
est ad sophoniaz fi
liū chusi filij godo
lie filij amasie filij
ezechie in dieb⁹ io
sie filij āmon regis iuda. Congre
gans ꝯgregabo om̄a a fatie terre
dicit dñs. ꝯgregās hoīem et pec⁹
cōgregans volatilia celi ⁊ pisces
maris. Et ruine impioꝝ erūt ⁊ dis
perdaz hoīes a fatie terre dic̄ dñs
Et extendā manū meā sup iudaz
⁊ sup oēs habitātes iherusalē et
dispdaz de loco hoc reliq̄as baal
⁊ noīa edituoꝝ cū sacerdotib⁹ et
eos qui adorāt sup tecta militiaz
celi ⁊ adorāt ⁊ iurant in dño ⁊ iu
rāt ī melchon ⁊ q̄ aūtunt de post
tergū dñi ⁊ q̄ nō quesierūt dñm
nec inuestigauerūt eū Silete a fa
tie dñi dei. qꝛ iux̄ ē dies dñi. Quia
prepauit dñs hostiā. sāctificauit
vocatos suos. Et eit: in die hostie
dñi visitabo sup p̄ncipes ⁊ super fi
lios regū ⁊ sup oēs qui īduti sūt
veste pegna. Et visitabo sup oēm
q̄ arrogant ingredit super limē in
die illa qui cōplent domū dñi dei
sui iniq̄tate ⁊ dolo. Et erit ī die illa
dicit dñs vox clamoris a porta pi
sciū ⁊ vlulatus a secūda ⁊ ꝯtricō
mag̃ a collib⁹. vlulate habitato
res pile. Cōticuit oīs ꝓplus cha
naan. dispierūt oēs inuoluti ar
gento. Et eit: in tpe illo scrutabor
ihrl'm in lucernis ⁊ visitabo super
viros defixos in fecibus suis qui
dicūt in cordib⁹ suis. Nō fatiet be
ne dñs ⁊ nō fatiet male. Et eit for
titudo eoꝝ in direpcōem et dom⁹
eoꝝ in desertū. Et edificabūt dom⁹
et nō habitabūt. Et plantabunt
vineas ⁊ nō bibēt vinū eaꝝ. Iux
ta est dies dñi magn⁹ iuxta est ⁊
velox nimis. vox diei dñi amara
tribulabit ibi fortis Dies ire dies
illa dies tribulacōis et angustie
dies calamitatis ⁊ miserie dies te
nebraꝝ ⁊ caliginis. dies nebule
⁊ turbinis. dies tube et clangoris
sup ciuitates munitas ⁊ sup āgu
los excelsos. Et tribulabo hoīes ⁊
ambulabūt ut ceci. qꝛ dño pecca
uerūt. Et effundet sāguis eoꝝ sic
hum⁹ ⁊ corpa eoꝝ sicut stercora
Sz ⁊ argentū eoꝝ et auꝝ eoꝝ nō
poterit liberare eos in die ire dñi.
In igne zeli eius deuorabitur oīs
terra qui ꝯsūmatiōem cū festina
cōne fatiet cūctis habitātibz t̄rā.

Ca. ij.

Conuenite ꝯgrega
mini gēs nō amabilis p̄us
q̄ pariat iussio q̄si puluerē tr̄nseū
tē diē. Añq̄ veniat sup vos ira fu
roris dñi. Querite dñm oēs man
sueti terre qꝛ iuditiū ei⁹ estis ope
rati. Querite iustū querite māsue
tū. si qūo abscōdami in die furo
ris dñi. qꝛ gaza destructa erit ⁊ as
calon in desertū. Azotū in meridie
eitiēt et accaron eradicabit. Ve
q̄ habitatis funiculuz maris gēs
perditorū. Verbū dñi super vos

chanaan t̄ra philistinorū ⁊ disp
dam te ita vt ñ sit ĩhabitator. Et
erit funiculꝰ maris req̄es pastoꝝ
⁊ caule pecoꝝ. Et erit funiculꝰ eiꝰ
q̄ remāserit de domo iuda Ibi pa
scent̄ ĩ domibꝰ ascalōis ad vesp̄m
req̄escēt. Quia visitabit eos dn̄s
deꝰ eoꝝ ⁊ aūtet captiuitatē eoruꝫ
Audiui opprobriū moab et blas
phemias filioꝝ amon q̄ exp̄bra
uer̄t p̄pl̄o meo et magnificati sūt
sup t̄minos eorū. Proptēa viuo
ego dic̄ dn̄s exercituū dꝰ isrl̄. Quia
moab vt sodoma erit ⁊ filij amō
quasi gomorra siccitas spinaꝝ ⁊
acerui salis ⁊ desertū vsq̄ in et̄nuꝫ
Reliq̄e p̄pl̄i mei diripiēt illos. resi
dui gentis mee possidebunt illos
Hoc em̄ eis eueniet p̄ sup̄bia sua
q̄ blasphemauer̄t ⁊ magnificati
sūt sup p̄pl̄m dn̄i exercituū. Horri
bil̄ dn̄s sup eos ⁊ attēuabit oēs
deos t̄re. Et adorabūt eū viri de lo
co suo oēs insule gentiuꝫ. Sed et
vos ethiopes int̄fecti gladio meo
eritis. Et extēdet manū suā sup aq̄
lonē ⁊ p̄det assur. Et ponēt spetio
sā ĩ solitudinē ⁊ in inuiū et q̄si de
sertū. Et accubabūt ĩ medio eius
greges. ōnes bestie gentiū ⁊ ono
crotalus ⁊ hericiꝰ ĩ liminibꝰ eius
morabūt̄. Vox cātātis ĩ fenestra
coruꝰ ĩ sup̄limīari. qm̄ attenuabo
robur eius. Hec ē cītas gl̄osa ha
bitās ĩ cōfidētia q̄ dicebat ĩ corde
suo. Ego sū ⁊ extra me nō est alia
ampliꝰ. Qūo facta ē ĩ desertū cubi
le bestie. Oīs q̄ trāsit p̄ eā sibila
bit ⁊ mouebit manum suam.

Ca. iij.

Te p̄uocatrix ⁊ re
dēpta cītas. colūba. Non au
diuit vocē ⁊ ñ suscepit disciplinā

In dn̄o nō ē cōfisa. ad deū suū nō
appropinq̄uit. Principes eiꝰ ĩ me
dio eiꝰ q̄si leones rugiētes. Judi
ces eiꝰ lupi vesp̄e nō relinq̄bāt ĩ
māe. p̄phete eiꝰ vesāi viri ĩfideles
Sacerdotes eiꝰ polluer̄t sanctū. ĩiu
ste eger̄t ꝯtra legē. Dn̄s iustꝰ in
medio eiꝰ nō fatiet iniq̄tatē. Ma
ne mane iudiciū suū dabit ĩ luce
⁊ nō abscōdet̄ Nesciuit āt iniquꝰ
ꝯfusiōeꝫ Disp̄didi gētes ⁊ dissipa
ti sūt āguli eaꝝ. Desertas feci vias
eoꝝ: dū nō ē q̄ trāseat. Desolate
sūt cītates eoꝝ: ñ remanēte viro
neq̄ vllo hītatore. Dixi. Attamē
timebis me. suscipies disciplinaꝫ
Et nō p̄ibit hītaculū eiꝰ p̄p̄t oīa
ĩ q̄bꝰ visitaui eā Verūptn̄ dilucu
lo surgētes corruper̄t oēs cogita
cōes suas. Quapropt̄ expecta me
dicit dn̄s ĩ die resurrectōis mee in
futurū. q̄ iuditiū meū vt cōgregē
gētes ⁊ colligā regna. Et effundā
sup eos indignacōeꝫ meā: ōnem
iram furoris mei. In igne em̄ zeli
mei deuorabit̄ oīs terra. Quia tūc
reddāt popul̄ labiū electuꝫ vt in
uocēt oēs nomē dn̄i et seruiāt ei
humēo vno. Vltra flumīa ethio
pie: inde supplices mei filij dispso
rū meoꝝ deferēt munꝰ m̄. In die
illa nō ꝯfūderis sup cunctis adin
uencōibꝰ tuis q̄bꝰ p̄uaricata es
in me. Quia tūc auferā de medio
tui magniloquos superbie tue et
nō adicies exaltari āplius ĩ mon
te sancto meo. Et derelinquam in
medio tui populū paupem ⁊ ege
num ⁊ sperabunt in nomine dn̄i
Reliquie israhel nō fatient iniqui
tatē nec loquent̄ mēdaciū ⁊ non
inuenient̄ ĩ ore eorū lingua dolosa

Qm̄ ip̄i pascēt̄ ⁊ accubabūt ⁊ nō
erit q̄ exterreat. Lauda filia syon
iubilato isrl̄. Letare et exulta ī oī
corde filia ihrl̄m. Abstulit dn̄s iu
ditiū tuū aūtit īimicos tuos. Rex
isrl̄ dn̄s ī medio tui. nō timebis
malū vltr̄. In die illa dicet̄ iheru
salē. Noli timere syon non dissol
uant̄ man⁹ tue. Dn̄s de⁹ tuus in
medio tui fortis ip̄e saluabit. gau
debit sup te in leticia. silebit in di
lectōe tua et exultabit sup te ī lau
de. Nugas q̄ a lege r̄cesserāt ɔgre
gabo qr ex te erāt ut nō vltra ha
beas sup eis obprobriū. Ecce ego
int̄fitiā oēs qui afflixerūt te in tē
pore illo ⁊ saluabo claudicātez et
eā que eiecta fuerat ɔgregabo. Et
ponā eos in laudē ⁊ in nomē ī oī
terra ɔfusiōis eoꝝ in tp̄e illo quo
adducā vos ⁊ in tp̄e q̄ ɔgregabo
vos. Dabo em̄ vos in nomen ⁊ in
laudez oīb⁹ ꝓplis terre cū ɔuertero
captiuitatē vr̄az corā oculis vr̄is
dicit dominus.

¶ Explicit Sophonias ꝓpha.
¶ Incipit Aggeus ꝓpheta.

In āno scdo darij re
gis in mēse sexto in
die vna mēsis fcm̄
ē v̄bū dn̄i in manu
aggei ꝓphe ad zoro
babel filiuz salathi
el ducē iuda et ad ihm̄ filiū iose
dech sacdotē magnū dicens. Hec
ait dn̄s exercituū dicēs. Popul⁹
iste dicit. Nōdū venit tēp⁹ dom⁹
dn̄i edificāde. Et factū est v̄bū do
mī ī manu aggei ꝓphe dicēs. Nū
quid tp̄s vob̄ est ut habitetis in
domib⁹ laq̄atis ⁊ dom⁹ ista deser
ta. Et nūc hec dicit dn̄s exercituū
Ponite corda vrā sup vias vrās
Semīastis multū ⁊ intulistis pa
rū. Comedistis ⁊ non estis satia
ti. Bibistis ⁊ non estis inebriati
Opuistis vos et n̄ estis calefacti.
Et mercedes cōgregauit misit eas
ī sacculuz ꝑtusū. Hec dicit dn̄s ex
ercituū. Ponite corda vestra sup
vias vrās. Ascēdite in montē por
tate lignū ⁊ edificate domū et ac
ceptabil̄ m̄ erit ⁊ glorificabor dic̄
dn̄s. Respexistis ad āpli⁹ et ecce
factū ē min⁹ Et intulistis ī domuz
⁊ exufflaui illud. Quā ob cām dic̄
dn̄s exercituū. Quia domus mea
deserta est ⁊ vos festinatis vnus
quisq̄ in domū suā. Propt̄ hoc su
p vos ꝓhibiti sūt celi ne darēt ro
rez ⁊ terra ꝓhibita ē ne daret gre
mē suū. Et vocaui siccitatē sup ter
rā ⁊ sup montes ⁊ sup triticū ⁊ su
per vinū et sup oleū ⁊ quecūq̄ ꝓ
fert hum⁹ ⁊ sup homīes ⁊ sup iu
menta ⁊ sup oēm laborē manuū.
Et audiuit zorobabel filius sala
thiel ⁊ ihus fili⁹ iosedech sacdos
magn⁹ ⁊ oēs reliqui ꝓpli vocē dei
sui ⁊ v̄ba aggei ꝓphe sic̄ misit eū
dn̄s de⁹ eoꝝ ad eos ⁊ timuit oīs
ꝓplus a fatie dn̄i. Et dixit aggeus
nūtius dn̄i. de nūcijs dn̄i ꝓplo di
cens. Ego vobiscum dicit dn̄s. Et
suscitauit deus spm̄ zorobabel filij
salathiel ducis iuda ⁊ spm̄ ihu
filij iosedech sacerdotis magni et
spm̄ reliquoꝝ de oī ꝓplo et īgressi
sunt et fatiebant opus in domo
dn̄i exercituū dei sui. ¶ Ca. ij.
In die vicesima ⁊ quarta mensis
in sexto mēse in āno secūdo darij

regis in septimo mense vicesima
a p̄ma mensis: factū ē verbū dñi
in manu aggei ꝓphete dicēs. Lo
quē ad zorobabel filiū salathiel
ducē iuda et ad ihesū filium iose
dech sacdotē magnū et ad reliq̄s
populi dicēs. Quis ī vobis ē dēli
ctus q̄ vidit domū istā ī glia sua
p̄ma. Et q̄d vos videtis hāc nc.
Nunq̄d nō ita ē q̄si nō sit ī oculis
vr̄is. Et nūc ꝯfortaē zorobabel di
cit dñs a confortare ihesu fili iose
dech sacdos magne a ꝯfortaē oīs
populus t̄re dicit dñs exercituū
a facite qm̄ ego vobiscū sū dicit
dñs exercituū. Verbū q̄d placui
vobiscū cū egredēmini de t̄ra egi
pti a spūs meꝰ erit in medio vr̄m
Nolite timē qr hec dicit dñs exer
cituū. Adhuc vnū modicū est a
ego ꝯmouebo celū a terrā a mare
a aridā. Et mouebo oēs gētes a ve
niet desideratꝰ cūctis gētibꝰ. Et im
plebo domū istā glia: dic̄ dñs ex
ercituū. Meū ē argētū a meū est
aurū: dicit dñs exercituū. Magna
erit gloria domꝰ istius nouissime
plusq̄ p̄me: dicit dñs exercituū.
Et ī loco isto dabo pacē dicit dñs
exercituū. In vicesima a q̄rta nom
mēs ī āno secūdo darij r̄gis fcm̄ ē
v̄bū dñi ad aggeū ꝓphaz dicēs.
Hec dicit dñs exercituū Interroga
sacerdotes legē dicēs. Si tuleit hō
carnē scīficataz ī ora vestimēti sui
a tetigerit de sūmitate eiꝰ panē ā
pulmentū ā vinū ā oleū ā ōnem
cibū: nunq̄d sāctificabitur. Re
spondentes autez sacerdotes dixe
runt. Nō. Et dixit aggeus. Si teti
gerit pollutus ī anima ex oībus
hijs nunquid ꝯtaminabitur. Et

rn̄derūt sacerdotes a dixerūt Cō
taminabit. Et rn̄dit aggeus a di
xit Sic populus iste a sic gēs ista
ante fatiē meā dic̄ dñs a sic om̄e
opus manuū eorum et omnia q̄
obtulerūt mihi ꝯtaminata erunt
Et nūc ponite corda vestra a die
hac a supra anteq̄ poneret̄ lapis
sup lapidem in tēplo dñi: cū acce
deretis ad aceruū viginti modio
rū a fierent decem a intraretis ad
torcular vt exp̄meretis quinqua
ginta lagenas a fiebant viginti
Percussi vos vēto vrente et auru
gine a grādine omnia opera ma
nuū vestraꝝ a n̄ fuit ī vobis qui
reuerteret̄ ad me dicit dñs. Po
nite corda vestra ex die ista et in
futurum a die vicesima a quarta
nom mens: a die qua fūdamen
ta iacta sūt tēpli dñi ponite super
cor vr̄m. Nunquid iam semen ī
germine est. Et adhuc vinea et
ficus a malogranatū a lignū oli
ue nō floruit. Ex die ista bn̄dicaz
Et factū est verbum domini scdo
ad aggeū in vicesima et quarta
mens dicens. Loquē ad zoroba
bel ducem iuda dicens. Ego mo
uebo celū pariter a terram a sub
uertā soliū regnorum a conterā
fortitudinem regni gentium. Et
subuertam quadrigam et ascēso
rem eius a descendent equi a ascē
sores eorum: vir in gladio fr̄is
sui. In die illo dicit dominus ex
ercituū assumam te zorobabel fili
solathiel serue meus dic̄ dominꝰ
a ponam te quasi signaculū: qr te
elegi dicit dominus exercituum.

Explicit aggeus ꝓpha.

Incipit Zacharias pphēta.

In mēse octauo in āno scdo darij regis factū est vbū dñi ad zachariā filiū barachie filij addo pphētā. Iratus ē dñs super pres vros iracūdia. Et dices ad eos. Hec dicit dñs exercituū. Cōuertimi ad me ait dñs exercituū. Et cōuertar ad vos dicit dñs exercituū. Ne sitis sicut pres vri ad qs damabāt pphete pores dicētes. Hec dicit dñs exercituū. Conuertimi de vijs vris malis et cogitatiōib⁹ vris pessimis et nō audierūt neq; attēderūt ad me dicit dñs. Pres vestri vbi sūt et pphe. Nūquid in sempiternū viuent. Verūtamen vba mea et legittima mea q mādaui seruis meis pphis. Nūquid nō oprehēderunt patres vros. Et cōuersi sūt et dixerūt Sicut cogitauit dñs exercituū facere nob⁹ scm vias nras et scm adinuentiōes nras fecit nob⁹. In die vicesima et quarta vndecimi mēsis sabbath in āno scdo darij factū est vbū dñi ad zachariā filiū barachie filij addo pphām dicens. Vidi p noctē et ecce vir ascendēs sup equū rufū et ipse stabat inter murteta q erant in pfundo et post eū eq rufi varij et albi. Et dixi. Qui sūt isti dñe mi. Et dixit ad me angelus dñi qui loqbat in me. Ego ostēdā tibi quid sint hec. Et rndit vir qui stabat inter murteta et dixit. Isti sūt quos misit dñs ut pābulent terrā. Et rnderūt angelo dñi qui stabat inter murteta et dixerūt. Perābulauimus terrā et ecce omis terra habitat et quiescit. Et rndit angel⁹ dñi et dixit. Dñe exercituū vsq; quo tu nō miserebēris ihrlm et vrbū iuda quibus iratus es. Iste iam septuagesimus ann⁹ est. Et rndit dñs angelo q loqbat in me vba bona vba consolatoria. Et dixit ad me angel⁹ qui loquebat in me. Clama dicens. Hec dicit dominus exercituū. zelatus sū ihrlm et syon zelo magno. Et ira magna ego irascor sup gentes opulētas. qa ego iratus sū parū. ipi vero adiuuerūt in malū. Propterea hec dicit dominus. Reuertar ad ihrlm in miserationibus et domus mea edificabit in ea ait dñs exercituū et ppendiculū extēdet super ihrlm. Adhuc dama dicens. Hec dicit dominus exercituū Adhuc affluent ciuitates mee bonis et consolabit adhuc dñs syon et eliget adhuc ihrlm. Et leuaui oculos meos et vidi et ecce quatuor cornua. Et dixi ad angelum qui loquebat in me. Quid sunt hec. Et dixit ad me. Hec sūt cornua que ventilauerūt iudā et israhel et ihrlm Et ostendit mihi dominus quatuor fabros Et dixi. Quid isti venient facere. Qui ait dicēs. Hec sunt cornua que ventilauerūt iudā p singulos viros et nemo illorū leuauit caput suū. Et venerūt isti deterrere ea ut deiciāt cornua gentiū que leuauerūt cornua sup terrā iuda ut dispergerent eam. Ca. ij.

Et leuaui oculos meos et vidi et ecce vir et in manu eius funiculus mensoris. Et dixi. Quo tu vadis. Et dixit ad me. vt metiar iudeā et ihrlm quāta sit latitudo eius et quāta longitudo eius. Et ecce angel⁹ qui loquebat in me egrediebat et alius angelus egrediebat

in occursū ei⁹ ⁊ dixit ad eū. Curre
loq̄re ad puerū istū dicēs. Absq̄
muro habitabit̄ ihrl'm pre multi
tudīe hoīm ⁊ iumētorū in medio
eius. Et ego ero ei ait dn̄s murus
ignis ī circuitu ⁊ ī gloria ero ī me
dio eius. O. o. fugite de t̄ra aq̄lōis
dicit dn̄s. qm̄ in q̄tuor vētos celi
dispsi vos dicit dn̄s. O syon fuge
q̄ habitas apd̄ filiā babilōis. q̄
hec dic̄ dn̄s exercituū. Post gl'iaz
misit me ad gētes q̄ spoliauerūt
vos. Qui em̄ tetigerit vos: tangit
pupillā oculi mei. Quia ecce ego
leuo manū meam sup eos ⁊ erūt
p̄de hijs q̄ seruiebāt sibi et ꝯgno
scetis q̄ dn̄s exercituū misit me.
Lauda ⁊ letare filia syon. q̄ ecce
ego venio ⁊ habitabo ī medio tui
ait dn̄s. Et applicabūt̄ gētes ml'te
ad dn̄m ī die illa ⁊ erūt m̄ ī ppl'm
Et habitabo ī medio tui ⁊ scies q̄
dn̄s exercituū misit me ad te Et pos
sidebit dn̄s iudā ⁊ ptē suā ī terra
scīficata ⁊ eliget ihrl'z. Sileat oīs
caro a fatie dn̄i q̄ ꝯsurrexit de ha
bitaculo scō suo. Ca. iij.

Et ondit m̄ dn̄s ihesū sacdo
tē magnū stātez corā āgelo
dn̄i ⁊ sathan stabat a dextris ei⁹
vt adūsaret̄ ei Et dixit dn̄s ad sa
than. Increpet dn̄s ī te sathan
⁊ increpet dn̄s ī te q̄ elegit ihrl'm
Nūquid nō iste torris ē erut⁹ de
igne. Et ihesus erat indut⁹ vesti
bus sordidis ⁊ stabat añ fatiem
angeli. Qui rn̄dit ⁊ ait ad eos q̄
stabāt corā se dicēs. Auferte vesti
menta sordida ab eo. Et dixit ad
eū Ecce abstuli a te iniq̄tatē tuā ⁊
indui te mutatorijs. Et dixit. Po
nite cidarim mūdā sup caput ei⁹
Et posuerūt cidarim sup caput ei⁹
mundā ⁊ induerūt eū vestibus Et
āgelus dn̄i stabat ⁊ ꝯtestabatur
āgelus dn̄i ihesū dicēs. Hec dicit
dn̄s exercituū. Si ī vijs meis am
bulaueris ⁊ custodiā meā custo
dieris: tuq̄ iudicabis domū meā
⁊ custodies atria mea ⁊ dabo tibi
ambulātes de hijs q̄ nūc hic assi
stūt. Audi ihes⁹ sacdos magne tu
⁊ amici tui q̄ habitāt corā te. q̄
viri portendētes sūt. Ecce em̄ ego
adducā s̄uū meū orientez q̄ ecce
lapis quē dedi corā ihesu super la
pidem vnū septē oculi sūt. Et ecce
ego celabo sculpturaz ei⁹ ait dn̄s
exercituū ⁊ auferā iniq̄tatez terre
illi⁹ ī die vna. In die illa dic̄ dn̄s
exercituū: vocabit vir amicū suū
subt̄ vineā ⁊ subt̄ ficū. Ca. iiij.

Et reūsus ē āgelus q̄ loq̄bat̄
ī me ⁊ suscitauit me q̄si vir
q̄ suscitatur de somno suo. Et dixit
ad me. Quid tu vides. Et dixi. Vi
di et ecce cādelabrū aureū totū et
lāpas ei⁹ sup caput ip̄i⁹ ⁊ septez
lucne ei⁹ sup illud ⁊ septē infuso
ria lucnis q̄ erāt sup caput ei⁹ et
due oliue sup illud vna a dextris
lāpadis ⁊ vna a sinistris ei⁹. Et
rn̄di ⁊ aio ad āgelū q̄ loq̄batur
ī me dicēs. Quid sūt hec dn̄e mi.
Et rn̄dit angelus q̄ loq̄bat̄ in me
⁊ dixit ad me. Nūq̄d nescis q̄d sūt
hec. Et dixi. Nō dn̄e mi. Et rn̄dit ⁊
ait ad me dicēs. Hoc ē v̄bū dn̄i ad
zorobabel dicēs. n̄ ī exercitu nec ī ro
bore s̄ ī spū meo dic̄ dn̄s exercituū
Quis tu mōs magne corā zoroba
bel īplanū. Et educz lapidē p̄ma
riū ⁊ exequabit gratiā gratie ei⁹.
Et factū ē v̄bū dn̄i ad me dicens.

Manꝰ zorobabel fūdauerūt domū
istā ⁊ manꝰ eiꝰ ꝑfitiēt eā ⁊ scietis
qꝛ dñs exēcituū misit me ad vos
Quis em̄ despexit dies ꝑuos. Et
letabunt̄ et videbūt lapidem sta
gneū in manu zorobabel. Septez
fūt isti oculi dñi qui discurrūt in
vniuersā terrā. Et rñdi ⁊ dixi ad
eū. Quid fūt due oliue iste ad dex
terā candelabri ⁊ ad sinistrā eiꝰ.
Et rñdi secūdo ⁊ dixi ad eū. Quid
sunt due spice oliuarū q̄ sunt iux̄
duo rostr̄ aurea in quibꝰ fūt suf
fusoria ex auro. Et ait ad me di
cens. Nūquid nescis q̄d fūt hec.
Et dixi. nō dñe mi. Et dixit Isti fūt
duo filij olei splendoris q̄ assistūt
dñatori vniūse terre. Ca. v.

Et cōuersus sū ⁊ leuaui ocu
los meos ⁊ vidi ⁊ ecce volu
men volās. Et dixit ad me. Quid
tu vides. ⁊ dixi. Ecce ego video vo
lumē volās. lōgitudo eius viginti
cubitoꝝ ⁊ latitudo eiꝰ decē cubito
ruz. Et dixit ad me. Hec ē maledi
ctio que egredietur sup fatiem oīs
terre. qꝛ oīs fur sicut ibi scriptū ē
iudicabit̄ et oīs iurans ex hoc si
milit̄ iudicabit̄. Educā illud dicit
dñs exercituū ⁊ veniet ad domū
furis et ad domū iurātis in noīe
meo mendacit̄ ⁊ cōmorabit̄ ī me
dio domꝰ eius ⁊ cōsumet eū ⁊ lig̃
eiꝰ ⁊ lapides eius. Et egressus est
āgelꝰ qui loquebat̄ ī me et dixit
ad me. Leua oculos tuos ⁊ vide
Quid est hoc qd̄ egredit̄. Et dixi
Quidnā est. Et ait. Hec est anfo
ra egrediēs. Et dixit. Hec ē oculꝰ
eoꝝ in vniūsa terra. Et ecce talen
tū plūbi portabat̄ et ecce mulier
vna sedēs ī medio anfore. Et dixit
Hec ē impietas. Et ꝓiecit eā ī me
dio anfore ⁊ misit massaz plūbeā
in os eiꝰ. Et leuaui oculos meos
⁊ vidi ⁊ ecce mulieres egrediētes
⁊ spiritus in alis eaꝝ. Et habebāt
alas q̄si alas milui et leuauerūt
anforā int̄ terrā ⁊ celū. Et dixi ad
angelum qui loq̄bat̄ in me. Quo
iste deferunt anforā. Et dixit ad
me. Vt edificet̄ ei domus in terra
sennaar ⁊ stabiliat̄ et ponat̄ ibi
sup basem suam. Ca. vi.

Et cōuersus sū ⁊ leuaui oculos
meos ⁊ vidi et ecce q̄tuor q̄
drige egrediētes de medio duoꝝ
montiū ⁊ mōtes: montes erei In
q̄driga p̄ma equi rufi. in quadri
ga secūda eq̄ nigri. in q̄driga ter
tia eq̄ albi ⁊ in q̄driga quarta eq̄
varij ⁊ fortes. Et rñdi ⁊ dixi ad ā
geluz qui loquebat̄ in me. Quid
sunt hec dñe mi. Et rñdit angelꝰ
⁊ ait ad me. Isti sunt q̄tuor venti
celi q̄ egrediūt̄ ut stēt coraz domi
natore oīs terre. In q̄ erāt equi ni
gri egrediebant̄ in terrā aq̄lonis
⁊ albi egressi sūt post eos ⁊ varij
egressi sunt ad terraz austri. Qui
aūt erant robutissimi exierūt ⁊ q̄
rebant ire ⁊ discurrere ꝑ oēm t̄rā
Et dixit. Ite ⁊ ꝑambulate terrā. ⁊
ꝑambulauerūt terrā. Et vocauit
me et locutus ē ad me dicēs. Ecce
q̄ egrediūt̄ ī terrā aq̄lonis requi
escere fecerūt spm̄ meū in terra aq̄
lonis. Et factū est v̄bū dñi ad me
dicens. Sume a tñsmigracōe ab
oldai ⁊ a thobia ⁊ ab idaia ⁊ ve
nies tu in die illa ⁊ intrab̄ domuz
iosie filij sophonie qui venerunt
de babilone ⁊ sumes auꝝ ⁊ argē
tum ⁊ faties coronas et pones in

capite ihesu filij iosedech sacerdotis
magni et loqris ad eum dicens Hec
ait dns exercituum dicens. Ecce vir
oriens nomen eius. Et subter eum orietur
et edificabit templum dno et ipse extru
et templum dno. Et ipse portabit gloriam
et sedebit et dnabitur sup solio suo.
Et erit sacerdos sup solio suo et consi
lium pacis erit inter illos duos. Et co
rone erunt helem et thobie et idaie
et hen filio sophonie: memoriale in
templo dni. Et qui procul sunt venient et
edificabunt in templo dni et scietis quia
dns exercituum misit me ad vos.
Erit autem hoc: si auditu audieritis
vocem dni dei vri. Ca. vij.

Et factum est in anno quarto darij
regis: factum est verbum dni ad za
chariam in quarta mensis noni qui
qui est casleu. Et miserunt ad domum
dei sarasar et rogomelech et viri qui
erant cum eis ad deprecandam faciem dni
vt dicerent sacerdotibus domus dni
exercituum et prophetis loquentes. Nun
quid flendum est mihi in quinto mense
vel sanctificare me debeo sicut feci
iam multis annis. Et factum est verbum
dni exercituum ad me dicens. Loquere
ad omnem populum terre et ad sacerdotes
dicens. Cum ieiunaretis et plangentis
in quinto et septimo per hos septua
ginta annos: nunquid ieiunium ieiu
nastis mihi. Et cum comedistis et bibi
stis: nunquid non vobis comedistis
et vobismetipsis bibistis. Nunquid
non hec sunt verba que locutus est dns
in manu prophetarum priorum cum adhuc
iherusalem habitaret et esset opulen
ta: ipsa et vrbes in circuitu eius et ad
austrum et in campestribus habitaret.
Et factum est verbum dni ad zachariam
dicens Hec ait dominus exercituum

dicens. Iudicium verum iudicate et
miam et miseracones facite vnusquisque
cum fratre suo. Et viduam et pupillum et
aduenam et pauperem nolite calumnia
ri et malum vir fratri suo non cogitet
in corde suo. Et noluerunt attendere
et auerterunt scapulam recedentes et
aures suas aggrauauerunt ne au
dirent et cor suum posuerunt vt ada
mantem ne audirent legem et verba que
misit dns exercituum in spiritu suo sancto
per manum prophetarum priorum. Et facta
est indignacio magna a dno exerci
tuum. Et factum est: sicut locutus sum et non
audierunt: sic clamabunt et non exau
diam dicit dns exercituum. Et dispersi
eos per omnia regna que nesciunt et terra
desolata est ab eis eo quod non esset tran
siens et reuertens et posuerunt terram desi
derabilem in desertum. Ca. viij.

Et factum est verbum domini
exercituum dicens. Hec di
cit dominus exercituum. zelatus
sum syon zelo magno et indigna
tione magna zelatus sum eam. Hec
dicit dns exercituum: reuersus sum
ad syon et habitabo in medio ihe
rusalem. Et vocabitur iherusalem ciui
tas veritatis et mons dni exercituum
mons sanctificatus. Hec dicit dns
exercituum. Adhuc habitabunt senes
et anus in plateis ihrlm et viri ba
culus in manu eius per multitudinem dierum Et
platee ciuitatis complebuntur infantibus et
puellis ludentibus in plateis eius. Hec
dicit dns exercituum. Si videbitur difficile
in oculis reliquarum populi huius in diebus illis
nunquid in oculis meis difficile erit dicit
dns exercituum. Hec dicit dns exercituum
Ecce ego saluabo populum meum de terra
orientis et de terra occasus solis et addu
cam eos et habitabunt in medio ihrlm

ꝛ erũt m̃ in ꝓplm ꝛ ego ero eis in
deũ in veritate ꝛ in iustitia. Hec di
cit dominꝰ exercituũ. Cõfortẽtur
manꝰ vr̃e qui auditis in hijs die
bus ſmones istos ꝑ os ꝓphaꝝ.
in die q̃ fundata est domus domi
exercituũ ut templũ edificaretur
Siquidez añ dies illos merces ho
minũ nõ erat nec merces iumẽto
rũ erat. neq; intro eũti ꝛ exeũti eãt
pax ꝑ tribulacõe ꝛ dimisi oẽs ho
mines vnũquẽq; ꝯtr̃ ꝓximũ suũ
Nũc aũt nõ iuxta dies ꝑores ego
fatiã reliquijs ꝓpli huiꝰ dic̃ domi
nꝰ exercituũ. ſ semẽ pacis erit. Vi
nea dabit fructuz suũ ꝛ terra da
bit germẽ suũ. Et celi dabũt rorẽ
suũ ꝛ possidere fatiã r̃liquias ꝓpli
huiꝰ vniũsa hec. Et erit: sicut era
tis maledictio in gentibꝰ domus
iuda ꝛ domꝰ isrl̃. sic saluabo vos
ꝛ eritis benedictio. Nolite timere
Cõfortent̃ manꝰ vestre q̃ hec dic̃
dñs exercituũ. Sicut cogitaui ut
affligerẽ vos cũ ad iracundiaz ꝓ
uocassent pr̃es vestri me dicit do
minꝰ et non sũ miſtus. sic ꝯuſus
cogitaui in diebꝰ istis ut bñfatiã
ihrl̃m ꝛ domui iuda. Nolite time
re. Hec sunt ḡ v̀ba q̃ fatietis. Lo
quimini veritatẽ vnusquisq; cum
ꝓximo suo. Veritatẽ ꝛ iuditium
pacis iudicate in portis vestris ꝛ
vnusquisq; malũ ꝯtr̃ amicũ suuz
ne cogitetis in cordibꝰ vestris et
iuramentuz mẽdax ne diligatis.
Oĩa em̃ hec sunt q̃ odi dicit dñs.
Et factũ ẽ v̀bũ domini exercituuz
ad me dicẽs. Hec dicit dñs exer
cituũ. Jeiuniũ quãti ꝛ ieiuniũ qñ
ti ꝛ ieiuniũ septimi et ieiuniñ deci
mi erit domui iude in gaudiũ ꝛ in
leticiaz ꝛ in sollẽnitates ꝑdaras.
Veritatẽ tm̃ ꝛ pacez diligite. Hec
dic̃ dñs exercituũ. Vsq; q̃ veniãt
ꝓpli ꝛ habitent in ciuitatibz mul
tis ꝛ vadãt habitatores vnꝰ ad
alterũ dicẽtes. Eamꝰ ꝛ deꝑcemur
fatiez dñi ꝛ queramꝰ dñm exerci
tuũ. Vadã etiã ego. Et veniẽt po
puli multi et gẽtes robuste ad q̃
rendũ dñm exercituũ in ihrl̃m ꝛ
deꝑcãdã fatiẽ dñi. Hec dicit dñs
exercituũ. In diebz ill̃ in quibus
apprehẽdent decẽ hoĩes ex oĩbꝰ lin
guis gẽtiũ ꝛ apprehẽdẽt fimbriaz
viri iudei dicẽtes. Ibimꝰ vobiscũ
Audiuimꝰ em̃ qm̃ deꝰ vobiscũ ẽ.

Ca. ix.

Onus v̀bi dñi in
terra adrach ꝛ damasci re
quiei eiꝰ. q̃ dñs ẽ oculus hoĩs et
oĩm tribuũ isrl̃. Emathq̃ in t̃mi
nis eiꝰ ꝛ tyrꝰ et sydon. Assumpse
rũt quippe sibi sapientiã valde.
Et edificauit tyrus municõez suã
ꝛ coaceruauit argentũ q̃si humũ
ꝛ auꝝ ut lutũ plateaꝝ. Et ecce do
minꝰ possidebit eã ꝛ ꝑcutiet ĩ ma
ri fortitudinẽ eiꝰ ꝛ hec igni deuora
bit̃. Videbit ascalon ꝛ timebit ꝛ
gaza ꝛ dolebit nimis et accarõ q̃
niã ꝯfusa ẽ spes eiꝰ. Et ꝑibit rex de
gaza ꝛ ascalon nõ habitabitur.
Et sedebit sepator in azoto ꝛ disp
dam supbiã philistinoꝝ. Et aufe
rã sanguinẽ eius de ore eiꝰ et ab
hoĩacões eiꝰ de medio dentiũ eius.
Et relinquet̃ etiã ipe deo nostro ꝛ
erit quasi dux in iuda ꝛ accaron
q̃si iebuseus. Et circũdabo domũ
meã ex hijs q̃ militant m̃ euntes
ꝛ reũtentes ꝛ nõ tñsibit sup eos
vltra exactor. q̃a nũc vidi ĩ ocul̃
meis. Exulta satis filia syõ iubila

filia ihrlm. Ecce rex tuus veniet ti
bi iustus ⁊ saluator: ipse pauper
⁊ ascendēs sup asinā et sup pullū
filiū asine. Et dispdā q̄drigaz ex
ephraim ⁊ equū de ihrlm ⁊ dissi
pabit arcus belli. Et loquet pacē
gentib⁹ ⁊ ptās ei⁹ a mari vsq̄ ad
mare ⁊ a fluminib⁹ vsq̄ ad fines
t̄re. Tuq̄ in sāguine testamēti tui
emisisti vinctos tuos de lacu: ī q̄
n̄ ē aqua. Conūtimī ad munitio
nē vīcti spei Hodieq̄ ānūciās du
plicia reddā tibi. qm̄ extēdi mihi
iudā q̄si arcū. impleui t̄rā ephra
im. Et suscitabo filios tuos syon
sup filios tuos gretia ⁊ ponā te q̄i
gladiū fortiū Et dn̄s de⁹ sup eos
videbit ⁊ exibit vt fulgur iaculū
ei⁹. Et dn̄s deus in tuba canet et
vadet ī turbine austri. Dn̄s exer
cituū ꝓtiget eos ⁊ deuorabunt ⁊
subiciēt lapidib⁹ funde. Et biben
tes inebabunt q̄i a vino et reple
bunt vt phiale ⁊ q̄si cornua alta
ris. Et saluabit eos dn̄s de⁹ eorū
ī die illa vt gregē ꝓpli sui. qr lapi
des sācti eleuabunt sup t̄raz eius
Quid em̄ bonū ei⁹ ē ⁊ q̄d pulchr̄
eius nisi frumētū electorū ⁊ vinū
germinās v̄gines. ¶ Ca. x.

Petite pluuiaz a dn̄o ī tēpe se
rotino ⁊ dn̄s faciet niues et
pluuiā ymbs ⁊ dabit eis singul
herbā ī agro. Quia simulacra lo
cuta sūt inutile ⁊ diuini viderūt mē
daciū et somniatores locuti sunt
frustra ⁊ vane ꝯsolabant. Idcir
co adducti sūt q̄si grex. affligent
qr nō ē pastor eis. Sup pastores
irat⁹ ē furor me⁹ ⁊ sup hircos vi
sitabo. Quia visitauit dn̄s exerci
tuū gregē suū domū iuda ⁊ posuit
eos q̄si equū glorie sue ī bello. Ex
ipō angel⁹ et ex ipso paxillus ex
ipō arcus prelij ⁊ ex ipō egredietur
om̄is exactor simul ⁊ erūt q̄i fortes
cōculcātes lutū viarū ī p̄lio. Et bel
labūt qr dn̄s cū eis ⁊ ꝯfūdēt ascē
sores equoꝝ. Et ꝯfortabo domū iu
da ⁊ domū ioseph saluabo. Et cō
minat: aliud cecidit circa viam et ve
nerunt volucres celi et comederunt il
lud. Aliud vero cecidit super petro
sa vbi non habuit terram multam et
statim exortum est quoniam non habebat al
titudinem terre et quando exortus est sol
exestuauit et eo quod non habebat ra
dicem exaruit. Et aliud cecidit in spi
nas et ascenderunt spine et suffoca
uerunt illud et fructum non dedit. Et
aliud cecidit in terram bonam et da
bat fructum ascendentem et crescentem
et afferebat vnum triginta et vnum
sexaginta et vnum centum. Et dicebat
Qui habet aures audiendi audi
at. Et cum esset singularis: interroga
uerunt eum hij qui cum eo erant duodecim
parabolam Et dicebat eis. Vobis
datum est nosse misterium regni dei.
illis autem qui foris sunt in parabolis omnia
fiunt: vt videntes videant et non videant
et audientes audiant et non intelligant
neque conuertantur et dimittantur eis pec
cata. Et ait illis. Nescitis parabolam
hanc. Et quomodo omnes parabolas cogno
scetis. Qui seminat: verbum seminat
Hij autem sunt qui circa viam vbi semi
natur verbum et cum audierint confestim
venit sathanas et aufert quod semi
natum est in corde eorum. Et hij sunt si
militer qui super petram seminantur qui
cum audierint verbum statim cum gau
dio accipiunt illud et non habent radi
cem in se sed temporales sunt. deinde orta
tribulacione et persecutione propter ver
bum confestim scandalisantur. Et alij
sunt qui in spinis seminantur. Hij
sunt qui verbum audiunt et erunt
seculi et decepcio diuitiarum et circa re
liqua concupiscentie introeuntes suf
focant verbum et sine fructu efficitur
Et hij sunt qui super terram bonam semi
nati sunt qui audiunt verbum et susci
piunt et fructificant: vnum triginta
vnum sexaginta et vnum centum. Et di
cebat illis. Numquid venit lucerna
ut sub modio ponatur aut sub lecto.
Nonne ut super candelabrum ponatur.
Non est enim aliquid absconditum
quod non manifestetur. nec factum est oc
cultum quod non veniat in palam. Si
quis habet aures audiendi audiat
Et dicebat illis. Videte quid audi
atis In qua mensura mensi fueritis
remetietur vobis. Qui enim habet da
bitur illi et qui non habet: etiam quod
habet auferetur ab eo. Et dicebat.
Sic est regnum dei quemadmodum
si homo iaceat sementem in terram et
dormiat et exurgat nocte et die et se
men germinet et increscat dum ne
scit ille. Vltro enim terra fructificat
primum herbam. deinde spicam. deinde
plenum frumentum in spica. Et cum se
produxerit fructus: statim mittit
falcem quoniam adest messis. Et
dicebat. Cui assimilabimus reg
num dei aut cui parabole compa
rabimus illud. Sicut granum sy
napis quod cum seminatum fue
rit in terra minus est omnibus
seminibus que sunt in terra et cum
natum fuerit ascendit in arborem
et fit maius omnibus oleribus et fa
cit ramos magnos ita ut possint
sub vmbra eius aues celi habitare.

Et talib⁹ multis parabol' loque
batur eis verbū ꝓut poterāt au
diē. sine parabola aūt nō loqueba
tur eis Seorsum autē discipul' dis
serebat oīa. Et ait illis in illa die
cum sero esset factū. Transeam⁹
ꝯtr̄. ⁊ dimittētes turbā assumūt
eū ita ut erat in naui ⁊ alie naues
erāt cum illo. Et facta ē procella
magna vēti ⁊ fluctus mittebat ī
nauim ita ut īplēt̄ nauis. ⁊ eāt
ipe in puppi sup ceruical dormiēs
⁊ excitant eū ⁊ dicunt illi. Magi
ster nō ad te ꝑtinet qꝛ perimus.
Et exurgēs ꝯminatus ē vento. et
dixit mari Tace obmutesce. ⁊ ces
sauit ventus ⁊ facta est trāquilli
tas magna. Et ait ill'. Quid timi
di estis. Necdū habetis fidē. et ti
muer̄t timore magno ⁊ dicebāt
ad alterutrū. Quisputas ē iste qꝛ
vēt⁹ ⁊ mare obediūt ei. Ca. v.

Et venerūt trās fretū maris
in regionē gerasenoꝝ. Et ex
eunti ei de naui statim occurrit de
monumētis homo in spū immū
do q̄ domiciliū habebat in monu
mentis. Et neqꝫ cathenis iam q̄s
q̄ꝫ poterat eum ligare quoniaꝫ se
pe ꝯpedibus ⁊ cathenis vinctus
dirupisset cathenas ⁊ cōpedes cō
minuissꝫ ⁊ nemo poteāt eū doma
re. Et sēp die ac nocte in monumē
tis ⁊ in montibꝫ erat clamās ⁊ cō
cidens se lapidibꝫ. Vidēs aūt ihe
sum alōge cucurrit ⁊ adoāuit eū
⁊ clamans voce mag̃ dixit. Quid
mihi ⁊ tibi ihesu fili dei altissimi.
Adiuro te ꝑ deū ne me torqueas
dicebat em̄ illi. Exi spūs immūde
ab hoīe isto. Et interrogabat eū
Quod tibi nomē est. Et dicit ei.

Legio mihi nomē est qꝛ multi su
mus. Et depcabatur eū multū ne
se expelleret extr̄ regionē Erat au
tē ibi circa montē grex porcorum
magn⁹ pascēs in agris. Et depre
cabātur eū spūs dicentes. Mitte
nos in porcos ut in eos introea
mus. Et cōcessit eis statim ihus.
Et exeuntes spūs immūdi introi
erūt in porcos. ⁊ magno impetu
grex p̄cipitat⁹ ē in mari ad duo
milia ⁊ suffocati sūt in mari. Qui
aūt pascebant eos fugerūt ⁊ nū
ciauerūt in ciuitatē ⁊ in agros. ⁊
egressi sunt videre q̄d essꝫ facti. et
venerūt ad ihesū ⁊ vidēt illū qui
a demonio vexabat̄ sedētem vesti
tum ⁊ sane mētis ⁊ timuerūt. Et
narrauerūt ill' qui viderāt quali
ter factū essꝫ ei q̄ demoniū habu
erat ⁊ de porcis. Et rogare ceper̄t
eū ut discederet de finib⁹ eoꝝ. Cū
qꝫ ascenderet nauim cepit illū de
precari q̄ a demonio vexatus fue
rat ut esset cū illo ⁊ non admisit
eū sed ait illi. Vade in domū tuaꝫ
ad tuos ⁊ annūcia illis quāta ti
bi dn̄s fecerit ⁊ misert⁹ sit tui. Et
abijt ⁊ cepit predicare in decapo
li quāta sibi fecisset ihus ⁊ om̄es
mirabātur. Et cum ascēdisset ihs
in nauim rursū trans fretū ꝯueīt
turba multa ad eum ⁊ erat circa
mare. Et venit q̄dā de archisyna
gogis nomīe iayrus ⁊ vidēs euꝫ
ꝓcidit ad pedes eius ⁊ depcabat̄
eū multū dicēs quoniā filia mea
in extremis est. Veni impone ma
nū tuaꝫ sup eam ut salua sit ⁊ vi
uat. Et abijt cū illo ⁊ sequebatur
eū turba multa ⁊ cōprimebāt eū
Et mulier que erat in profluuio

sanguinis ãnis duodecĩ ⁊ fuerat
multa perpessa a cõpluribꝰ medi
cis et erogauerat omnia sua nec
quicq̃ ꝓfecerat. ꝫ magis deteriꝰ
habebat. Cũq; audisset de ihu ve
nit ĩ turba retro ⁊ tetigit vestimẽ
tũ eius dicebat em̃. qꝛ si vel vesti
mentũ eius tetigero salua ero. Et
ꝯfestim siccatus est fons sangui
nis eiꝰ ⁊ sensit corpe. qꝛ sanata es
set a plaga. Et statĩ ihs in semet
ipso ꝯgnoscens virtutẽ que exie
rat de illo: ꝯuersus ad turbaꝫ aie
bat. Quis tetigit vestimẽta mea.
Et dicebãt ei discipuli sui. Vides
turbã ꝯprimẽtẽ te ⁊ dicis q̃s me
tetigit. Et circumspitiebat videre
eã que hoc fecerat. Mulier vero ti
mens ⁊ tremens sciens qđ factũ
eẽt in se: venit ⁊ ꝓcidit añ eũ ⁊ di
xit ei oẽm veritateꝫ. Ille aũt dixit
ei. Filia fides tua te saluã fecit va
de ĩ pace ⁊ esto sana a plaga tua
Adhuc eo loquẽte veniũt nuncij
ad archisynagoguꝫ dicẽtes. qꝛ fi
lia tua mortua est. Quid vltra ve
xas magistꝝ. Ihus aũt audito
verbo qđ dicebat̃. ait archisyna
gogo. Noli timere tm̃modo crede
Et nõ admisit quẽq̃ se sequi. nisi
petꝝ ⁊ iacobũ ⁊ iohem fratrẽ ia
cobi. Et veniũt ĩ domũ archisyna
gogi. Et vidit tumultũ et flentes
⁊ eiulãtes multuꝫ ⁊ ingressus ait
illis. Quid turbamini ⁊ ploratis.
Puella nõ est mortua ꝫ dormit Et
irridebãt eũ. Ipe vero eiectis om
nibꝰ assumit patrẽ ⁊ matrẽ puel
le ⁊ qui secũ erãt ⁊ ingrediũt̃ vbi
puella erat iacens ⁊ tenẽs manũ
puelle ait illi Thabithacumi qđ
est interp̃tatũ puella tibi dico sur
ge. Et cõfestĩ surrexit puella ⁊ am
bulabat. Erat aũt annoꝝ duode
cim. Et obstupuerũt stupore ma
gno. Et p̃cepit illis vehemẽter ut
nemo id sciret ⁊ dixit daẽ illi mã
ducare.

Capitulũ. vi.

Et egressus inde abijt in pa
triã suaꝫ ⁊ sequebant̃ eũ di
scipuli sui. Et facto sabbato cepit
in synagoga docere ⁊ multi audi
entes ãmirabant̃ in doctrina eiꝰ
dicentes. Vnde huic hec oĩa. Et
que ẽ sapientia que data est illi
et virtutes tales q̃ ꝑ manꝰ eiꝰ ef
fitiunt̃. Nõne hic est faber filius
marie: frat̃ iacobi ⁊ ioseph ⁊ iude
⁊ symonis. Nõne ⁊ sorores eius
hic nobiscuꝫ sunt. Et scandalisa
bant̃ in illo. Et dicebat illis ihus
qꝛ nõ est ꝓpha sine honore nisi in
patria sua ⁊ ĩ domo sua ⁊ ĩ cogna
tione sua. Et nõ poterat ibi v̉tutẽ
vllã facere nisi paucos infirmos
impositis manibꝫ curauit ⁊ mira
batur ꝓpt̃ incredulitatẽ eoꝝ ⁊ cir
cuibat castella in circuitu docens
Et vocauit duodecim ⁊ cepit eos
mittere binos ⁊ dabat illis pote
statẽ spirituũ immũdoꝝ Et p̃cepit
eis ne quid tollerẽt ĩ via nisi vir
gam tm̃. nõ perã nõ panẽ neq; in
zona es. sed caltiatos sandalijs
⁊ ne induerentur duabꝰ tunicis.
Et dicebat eis. Quocũq; ĩtroieitis
ĩ domũ illic manete donec exeatis
ĩde ⁊ q̃cũq; ñ receperĩt vos nec au
dierint: exeũtes inde excutite pul
uerem de pedibus vestris in testi
monium illis. Et exeũtes predica
bãt ut penitẽtiã agerẽt ⁊ demoĩa
mlta eitiebãt ⁊ vngebãt oleo mlt
tos egros ⁊ sanabãt̃. Et audiuit

rex herodes manifestū em̄ factum
est nomē eius ⁊ dicebat. Quia io
hānes baptista surrexit a mortu
is ⁊ ꝓpterea virtutes opantur ī il
lo. Alij autē dicebant qꝛ helias ē
alij vero dicebāt qꝛ ꝓpha est qua
si vnꝰ ex ꝓphetis. Quo audito he
rodes ait. Quē ego decollaui iohā
nē hic a mortuis resurrexit. Ipse
em̄ herodes misit ac tenuit iohā
nē ⁊ vinxit eū in carcerez ꝓpt̄ hero
diadē vxorem philippi fratris sui
qꝛ duxerat eā. Dicebat em̄ iohā
nes herodi. Non licz tibi habere
vxorem fratris tui. Herodias au
tē īsidiabat̄ illi ⁊ volebat occidē
eū nec poterat. Herodes aūt intu
ebat iohānez sciēs eū vir̄ iustū
⁊ sāctū ⁊ custodiebāt eū ⁊ audito
eo multa faciebat ⁊ libēter eū au
diebat. ⁊ cū dies oportunus acci
disset herodes natal' sui cenam fe
cit pn̄cipibz ⁊ tribunis ⁊ primis
galilee. Cūqꝫ introissz filia ipsius
herodiadis ⁊ saltasset ⁊ placuissz
herodi simulqꝫ recūbētibz rex ait
puelle. Pete a me qd̄ vis ⁊ dabo
tibi ⁊ iurauit illi quia q̄cquid pe
tieris dabo tibi licz dimidiū regni
mei. Que cū exissz dixit matri sue.
Quid petaz. At illa dixit. Caput
iohānis baptiste. Cūqꝫ introissz
statī cū festinacōe ad regē petiuit
dicēs. Volo ut ꝓtinus des mihi ī
disco caput iohānis baptiste. Et
cōtristatus ē rex. Propt̄ iusiurā
dū ⁊ ꝓpter simul discūbentes n ꝯ
luit eā ꝯtristaē sed misso spicula
tore p̄cepit afferre caput eius in
disco ⁊ decollauit eū in carcere. Et
attulit caput eius in disco ⁊ dedit
illud puelle ⁊ puella dedit matri
sue. Quo audito discipuli eiꝰ vene
rūt ⁊ tulerūt corpus eius ⁊ posue
rūt illd̄ ī monumēto. Et ꝯueniētes
apostoli ad ihm̄ renūciauerūt ei
oīa que egerāt ⁊ docuerāt. Et ait
ill'. Venite seorsū in desertū locuz
⁊ req̄escite pusillū. Erant em̄ qui
veniebāt ⁊ rediebāt multi ⁊ nec
spaciū manducādi habebāt. Et
ascēdentes in nauim abierūt ī des
tū locum seorsū. Et viderunt eos
abeuntes ⁊ ꝯgnouerūt multi ⁊ pe
destres de omnibz ciuitatibus cu
currerūt illuc ⁊ p̄uenerūt eos. Et exi
ens vidit turbā multaz ihesus et
misertus ē sup eos qꝛ erant sicut
oues nō hn̄tes pastorē ⁊ cepit il
los docere multa. Et cū iā hora mlt
ta fieret accesserūt discipuli eiꝰ di
centes. Desertus ē locus hic ⁊ iā
hoā preterijt. Dimitte illos ut eū
tes ī ꝓximas villas ⁊ vicos emāt
sibi cibos q̄s māducēt. Et respon
dens ait ill'. Date illis māducare.
Et dixerūt ei. Eūtes emamꝰ ducē
tis denarijs panes ⁊ dabimꝰ illis
manducaē. Et dicit eis. Quot pa
nes habetis. Ite ⁊ videte. Et cum
ꝯgnouissent dicunt. Qn̄qꝫ. ⁊ du
os pisces. Et precepit illis ut accū
bere facerent oēs scd̄m ꝯtubernia
sup viride fenū. Et discubuerūt in
ꝑtes ꝑ centenos ⁊ quinq̄genos.
Et acceptis qn̄qꝫ panibz ⁊ duobz
piscibz intuēs in celū benedixit ⁊
fregit panes ⁊ dedit discipul' suis
ut ponerēt añ eos ⁊ duos pisces
diuisit omnibz. Et manducauerūt
oēs ⁊ saturati sūt ⁊ sustulerūt re
liquias fragmētoꝝ duodecim co
phinos plenos ⁊ de piscibz. Erāt
autē q̄ māducauerūt qn̄qꝫ milia

viroꝝ. Et stati coegit discipulos
suos ascendere nauim ut precede
rent euꝫ trãs fretũ ad bethsaydã
dũ ipe dimitteret ꝓplm. Et cũ dimi
sisset eos abijt in montẽ orare. Et
cũ sero esset erat nauis in medio
mari ⁊ ipe solus in terra. Et videns
eos laborantes in remigãdo. erat
em̃ ventus contrarius eis ⁊ circa
quartã vigiliam noctis venit ad
eos ambulãs supra mare ⁊ vole
bat preterire eos. At illi ut vide
rũt eũ ambulantẽ supra mare pu
tauerẽt fantasma eẽ ⁊ exclamaue
rũt. Oẽs em̃ viderũt eum ꝯturba
ti sũt. Et statim locutus est cũ eis
⁊ dixit eis. Confidite. Ego suꝫ no
lite timere. Et ascendit ad illos in
nauim ⁊ cessauit ventus. Et plus
magis intra se stupebãt. Non em̃
intellexerũt de panibꝰ. Erat eĩ cor
eoꝝ obcecatũ. Et cũ trãsfretassent
venerũt in terrã genesareth ⁊ ap
plicuerũt. Cũqꝫ egressi eẽnt de na
ui ꝯtinuo ꝯgnouerũt eum ⁊ ꝑcur
rentes vniuersã regionẽ illam ce
perũt in grabatis eos qui se ma
le habebant circũferre vbi audie
bãt eũ eẽ. Et quocũqꝫ introiebat
in vicos vel ĩ villas aut ciuitates
in plateis ponebãt infirmos ⁊ de
precabant eũ ut vel fimbriã vesti
menti eiꝰ tangerẽt ⁊ quotq̃t tan
gebãt eũ salui fiebãt. Ca. vij.

Et ꝯueniunt ad eũ pharisei
⁊ quidã de scrib̃ veniẽtes ab
iherosolimis. Et cuꝫ vidissent q̃s
dam ex discipulis eius ꝯmunibꝰ
manibꝰ idest nõ lotis mãducare
panes vitupauerũt. Pharisei em̃
⁊ omnes iudei nisi crebro lauerĩt
manus non manducãt: tenẽtes
tradicõem seniorum ⁊ a foro nisi
baptisent̃ non comedunt ⁊ alia
multa sunt que tradita sunt illis
seruare baptismata calicũ ⁊ vrce
orũ ⁊ eramentoꝝ ⁊ lectoꝝ. Et int̃
rogabant eum pharisei ⁊ scribe.
Quare discipuli tui nõ ambulant
iuxta tradicõem senioꝝ. ꝫ cõmu
nibꝰ manibꝰ manducãt panez.
At ille rñdẽs dixit eis. Bene ꝓphe
tauit ysaias de vobis ypocritis si
cut scriptũ ẽ. Populus hic labijs
me honorat. cor aũt eoꝝ lõge ẽ a
me. Inuanuꝫ aũt me colũt docen
tes doctrinas ⁊ ꝑcepta hominum.
Relinquẽtes em̃ mandatuꝫ dei te
netis tradicõnes hominũ: baptis
mata vrceoꝝ et calicum ⁊ similia
hijs facitis multa. Et dicebat bñ
irrituꝫ fecistis preceptũ dei: ut tra
dicõem vestrã seruetis. Moyses
em̃ dixit. Honora patrẽ tuũ ⁊ ma
trẽ tuaꝫ et qui maledixerit pr̃i vel
matri morte moriat̃. Vos aũt di
citis. Si dixeit hõ patri aut matri
corban qd̃ ẽ donũ qd̃cũqꝫ ex me ti
bi ꝓfuerit et vltra nõ dimittitis
eũ quicq̃ facere pr̃i suo aut matri
rescindẽtes verbũ dei ꝑ tradicõeꝫ
vr̃aꝫ quaꝫ tradidistis. Et similia
huiusmõi multa facitis. Et aduo
cans iteꝝ turbaꝫ dicebat ill̃. Au
dite me oẽs et ĩtelligite. Nihil est
extra hoĩem introiẽs in eũ qd̃ pos
sit eũ coinq̃nare. ꝫ q̃ de hoĩe proce
dũt illa sũt q̃ ꝯmunicant hoĩeꝫ. Si
q̃s hꝫ auẽs audiẽdi audiat. Et cũ
ĩtroissꝫ ĩ domũ a turba: ĩtrogabãt
eũ discipuli eiꝰ ꝑabolã. Et ait ill̃.
Sic ⁊ vos ĩprudẽtes estis. Nõ ĩtel
ligitis q̃a oẽ extr̃sec⁹ ĩtroiẽs ĩ ho
minẽ nõ põt eũ ꝯmunicare q̃a nõ

intrat in cor eius sed in ventrem
vadit ⁊ in secessum exit purgãs
oẽs escas. Dicebat aũt qm̃ illa
q̃ de hoĩe exeũt illa ꝯmunicãt ho
minẽ. Abintus em̃ de corde hoĩm
male cogitacões ꝓcedũt adulte
ria. fornicacõnes. homicidia. fur
ta. auaritie. neq̃tie. dolus impudi
citie. oculꝰ malꝰ. blasphemia. su
ꝑbia. stulticia. Oĩa hec mala abĩ
tus ꝓcedunt ⁊ ꝯmunicãt hoĩem
Et inde surgẽs abijt in fines tyri
⁊ sydoĩs ⁊ ingressus domũ nemi
nem voluit scire ⁊ nõ potuit late
re. Mulier em̃ statim ut audiuit
de eo cuiꝰ filia habebat spũm im
mũdũ intrauit ⁊ ꝓcidit ad pedes
eius. Erat em̃ mulier gẽtilis syro
phenissa genere. Et rogabat eũ
ut demoniũ eiceret de filia eiꝰ. Qui
dixit illi. Sine priꝰ saturari filios
Nõ est enim bonũ sumẽ panem
filioꝝ ⁊ mittere canibus. At illa
rñdit ⁊ dixit illi. Vtiq̃ dñe. Nam
⁊ catelli ꝯmedũt sub mẽsa de mi
cis pueroꝝ. Et ait illi. Propt̃ hũc
sermonẽ vade exijt demoniũ de
filia tua. Et cũ abijsset domũ inue
nit puellam iacentẽ sup̃ lectum ⁊
demoniũ exijsse. Et iteꝝ exiens de
finibus tyri venit ꝑ sydonem ad
mare galilee inter medios fines
decapoleos. Et adducũt ei surdũ
⁊ mutũ ⁊ depcabãt̃ eũ ut ĩponat
illi manũ. Et apprehẽdens eum de
turba seorsũ misit digitos suos ĩ
auriculas eius ⁊ expuẽs tetigit li
guam eius ⁊ suspiciens in celum
ingemuit ⁊ ait illi. Effeta qđ ẽ ad
aperire. et statim apte sunt aures
eius ⁊ solutũ ẽ vinculũ lingue eiꝰ
⁊ loq̃batur recte. Et precepit illis
ne cui dicerẽt. Quãto aũt eis pre
cipiebat tãto magis plꝰ predica
bant. ⁊ eo amplius ãmirabant̃
dicentes. Bñ omnia fecit ⁊ surdos
fecit audiẽ ⁊ mutos loq̃. Ca. viij.

In diebus illꝰ iteꝝ cũ turba
multa esset nec haberẽt qđ
mãducarent ꝯuocatis discipulis
ait illꝰ. Misereor sup turbã q̃ ecce
iam t̃duo sustinẽt me nec habẽt
qđ manducẽt ⁊ si dimisero eos ie
iunos in domũ suã deficient ĩ via
Quidã eĩ ex eis delonge venerẽt et
rñderũt ei discipuli sui. Vñ istos
q̃s poterit hic saturaẽ panibꝰ in
solitudine. et interrogauit eos.
Quot panes habetis. Qui dixe
rũt. Septẽ. ⁊ precepit turbe discũ
bere sup terrã. Et accipiẽs septem
panes grãs agẽs fregit ⁊ dabat
discipulis suis ut apponerent et
apposuerẽt turbe. Et habebãt pisci
culos paucos ⁊ ipõs benedixit ⁊
iussit apponi et mãducauerũt et
saturati sũt ⁊ sustulerũt qđ supera
uerat de fragmẽtis septẽ sportas
Erãt aũt qui mãducauerẽt quasi
q̃tuor milia ⁊ dimisit eos. Et sta
tim ascẽdens nauim cũ discipulis
suis venit in ꝑtes dalmanutha.
Et exierunt pharisei ⁊ ceperũt cõ
quirẽ cũ eo q̃rentes ab illo signũ
de celo tẽptãtes eũ. Et ingemiscẽs
spiritu ait. Quid generacõ ista si
gnũ q̃rit. Amen dico vob̃. Si da
bitur generacõni isti signũ. et di
mittẽs eos ascẽdit iteꝝ nauim ⁊
abijt trãs fretũ. Et obliti sũt pa
nem sumere ⁊ nisi vnũ panẽ non
habebãt secũ in naui. et precipie
bat eis dicens. Videte ⁊ cauete a
fermento phariseoꝝ ⁊ fermento

herodis Et cogitabāt ad alterutꝝ
dicentes. qꝛ panes nō habemus.
Quo ꝯgnito ait illis ihs. Quid co
gitatis qꝛ panes nō habetis. Nō
duꝫ cognoscitis nec intelligitis.
Adhuc cecatū habetis cor vestꝝ.
Oculos habentes nō videtis ⁊ au
res habentes nō auditis. Nec re
cordamini qñ qñqꝫ panes fregi ī
qñqꝫ milia et quot cophinos fra
gmentoꝝ plenos sustulistis. Di
cunt ei. Duodecim. Qñ ⁊ septē pa
nes ī quatuormilia. quot sportas
fragmentoꝝ tulistis. Et dicūt ei:
Septē. Et dicebat eis. Qūo nōdū
intelligitis. Et veniūt bethsaydā
⁊ adducūt ei cecū ⁊ rogabant eū
ut illū tangeret. Et apprehēsa ma
nu ceci eduxit eū extra vicū et ex
puens ī oculos eiꝰ impositis ma
nibus suis: interrogauit euꝫ si q̄d
videret. Et aspitiēs ait. Video ho
mines velut arbores ābulantes.
Deinde iteꝝ imposuit manꝰ super
oculos eiꝰ ⁊ cepit videre et restitu
tus est: ita ut clare videret oīa. Et
misit illū in domū suā dicens. Va
de in domū tuā ⁊ si in vicū introie
ris nemini dixeris. Et ingressus ē
ihus et discipuli eiꝰ castella cesa
ree philippi et in via īterrogabat
discipl'os suos dicēs eis. Quē me
dicūt eē hoīes. Qui rñderūt illi di
centes. Johem baptistaꝫ. alij he
lyam. alij vero quasi vnū de ꝓphe
tis. Tūc dicit illis. Vos vero quē
me eē dicitis. Rñdens petrus ait
ei. Tu es xp̄s Et ꝯminatus est eis
ne cui dicerēt de illo. Et cepit docē
eos qm̄ oportet filiū hominis pa
ti multa ⁊ reprobari a senioribꝰ ⁊
a sūmis sacerdotibꝰ ⁊ scribis ⁊ oc
cidi ⁊ post tres dies resurgere. Et
palā verbū loquebat̄. Et apprehē
dens eū petrus: cepit īcrepare eū
Qui cōuersus ⁊ vidēs discipulos
suos ꝯminatus est petro dicens.
Vade retro me sathana. qm̄ non
sapis q̄ dei sūt ꝫ que sūt hoīm. Et
cōuocata turba cū discipul' suis
dixit eis. Si quis vult me sequi de
neget semetip̄m et tollat crucem
suā ⁊ sequat̄ me. Qui em̄ voluerit
am̄aꝫ suā saluaꝫ facere: ꝑdet eā. q̄
aūt ꝑdiderit aīam suā ꝓpter me ⁊
euangeliū: saluā eaꝫ fatiet. Quid
em̄ ꝓderit homini si lucret̄ mūdū
totū ⁊ detrimentū aīe sue fatiat.
Aut q̄d dabit homo cōmutacōis
ꝑ am̄a sua. Qui em̄ me confusus
fuerit ⁊ verba mea in generacōe
ista adultera ⁊ peccatrice ⁊ filius
hoīs ꝯfundet eū cū venerit in glo
ria patris sui cum angelis sāctis.

Et dicebat illis Ca. ix.
Amen dico vobis. qꝛ sunt q̄
dam de hic stantibꝰ qui non gu
stabunt mortez: donec videant re
gnū dei veniens ī virtute. Et post
dies sex assumpsit ihus petruꝫ et
iacobum ⁊ iohannē ⁊ ducit illos
in montem excelsum solus ⁊ trās
figuratus est coraꝫ ipsis. Et vesti
menta eius facta sunt splendētia
et candida nimis velut nix: q̄lia
fullo nō potest sup terrā candida
facere. Et apparuit illis helias cuꝫ
moyse ⁊ erant loquentes cuꝫ ihe
su. Et respondens petrus ait ihesu
Rabi bonuꝫ est nos hic eē ⁊ fatia
mus tria tabernacula: tibi vnū ⁊
moysi vnū ⁊ helie vnū. Nō enim
sciebat q̄d diceret. Erāt eī timore
extriti. Et facta ē nubes obūbrās

eos ⁊ venit vox de nube dicēs Hic
ē filius meus carissim⁹ audite il
lū. Et statim circūspicientes neminē amplius viderūt nisi ihesū tm
secū. Et descendentib⁹ illis de mōte
pcepit illis ne cui qđ vidissent
narrarent nisi cū filius hois a mortuis resurrexerit. Et verbū otinue
runt apud se conferentes qđ esset
cum a mortuis resurrexerit. Et interrogabāt eū dicētes Quid ergo dicūt pharisei ⁊ scribe qz heliā oportet venire primū. Qui rndēs ait
illis. Helias cū venerit primo re
stituet oīa ⁊ quō scriptū est in filiū hois ut multa paciatur ⁊ cōtemnatur. Sed dico vobis qz ⁊ helias
venit ⁊ fecerūt illi qcunqz voluerūt
sicut scriptū est de eo. Et veniens
ad discipulos suos vidit turbaz
magnā circa eos ⁊ scribas conferentes cum illis. Et cōfestim oīs po
pul⁹ videns ihm stupefact⁹ est ⁊
expauerūt ⁊ accurrētes salutabāt
eū. Et interrogauit eos. Quid inter
vos conferitis. Et rndens vn⁹ de
turba dixit. Magister attuli filiū
meū ad te habētem spiritū mutū
q̄ vbicūqz eū apprehenderit allidit
illū ⁊ spumat ⁊ stridet dentibus ⁊
arescit. Et dixi discipulis tuis ut ei
cerent illū ⁊ nō potuerūt Qui rndēs
eis dixit. O generatio incredula
q̄diu apud vos ero. quādiu vos
patiar. Afferte illū ad me. Et attulerunt eū. et cū vidisset eū statim
spūs conturbauit illū ⁊ elisus in terrā volutabatur spumās. Et interrogauit patrē ei⁹. Quātū tpis est
ex quo ei hoc accidit. At ille ait.
Ab infātia. Et frequēter eum ⁊ in
ignē ⁊ in aquam misit ut eū pderet. Sz si quid potes: adiuua nos
misertus nostri. Jhs aūt ait illi
Si potes credere omnia possibilia
credenti. Et cōtinuo exclamās pat
pueri cum lacrimis aiebat. Credo
dñe adiuua incredulitatē meam
Et cū videret ihs concurrentē turbā
cōminatus est spiritui immūdo dicens illi. Surde ⁊ mute spūs ego
pcipio tibi exi ab eo ⁊ amplius ne
introeas in eū. Et exclamās ⁊ multū discerpēs eum exijt ab eo ⁊ factus
est sicē mortuus ita ut multi dicerēt
qz mortuus est. Jhs aūt tenēs
manū ei⁹ eleuauit eū ⁊ surrexit.
Et cum introisset in domū discipuli ei⁹ secreto interrogabāt eū. Quare nos nō potuim⁹ eicere eum. Et
dixit illis. Hoc genus in nullo pōt
exire nisi in oratiōe ⁊ ieunio. et in
de pfecti pregrediebātur galileā
nec volebat quēq̄ sciē. Docebat
aūt discipulos suos ⁊ dicebat illis quomā filius hōis tradet in manus hōim ⁊ occidēt eū ⁊ occisus
tercia die resurgz. At illi ignorabāt verbū ⁊ timebāt interrogare
eū et venerūt capharnaū. Qui cuz
domi essent interrogabat eos.
Quid in via tractabatis. At illi
tacebant. Siquidem in via inter se
disputauerāt qs eorū maior esset
Et residens vocauit duodecim ⁊ ait
illis. Si qs vult primus esse erit om
nū nouissim⁹ ⁊ oīm minister. Et
accipiēs puerum statuit eū in me
dio eorū quē cū cōplexus esset ait
illis. Quisquis vnū ex huiusmōi
pueris receperit in nomine meo me
recepit ⁊ qcunqz me fuscepit nō
me fuscipit sed eū q̄ misit me. Rn̄
dit illi iohannes dicēs Magister

vidim⁹ quendā in noīe tuo eiciē
tem demonia qui nō sequit nos
a phibuim⁹ eū. Ihs aūt ait. No
lite phibere eū. Nemo est em qui
fatiat virutē i noīe meo a possit
cito male loqui de me. Qui em nō
est aduersū vos: p vobis ē. Quis
quis em potuz dederit vob calicem
aq in noīe meo ꝙa xpi estis: amē
dico vobis nō pdet mercedē suam
Et quisquis scādalisauerit vnuz
ex hijs pusillis credentib⁹ in me:
bonū est ei magis si circūdaretur
mola asinaria collo ei⁹ a in mare
emitteret. Et si scandalisauerit te
man⁹ tua abscide illaz. Bonū est
tibi debilem introire in vitā ꝙ du
as man⁹ habentē ire i iehēnaz in
ignez inextinguibilē. vbi vermis
eoz nō morit a igis nō extīguit
Et si pes tu⁹ te scandalisat ampu
ta illū. Bonū est tibi claudū itro
ire in vitam eternā ꝙ duos pedes
habentē mitti in iehennaz igis i
extinguibilis vbi vermis eoz nō
morit a igis nō extinguit. Rō si
oculus tu⁹ scandalisat te eice eū
Bonuz est tibi luscū introire in re
gnū dei ꝙ duos oculos hītē mit
ti in iehennam igis vbi vermis
eoz nō morit a igis nō extīgui
tur. Oīs em igne salit a ōis vi
ctima sale salit. Bonū ē sal. Rō
si sal insulsū fuerit in quo illud cō
dietis. Habete in vobis sal a pa
cem habete inter vos. Ca. x.

Et inde refurgēs venit i fines
iudee vltra iordanē a ouemi
unt itez turbe ad eū a sicut cōsue
uerat iterū docebat illos. Et ac
dentes pharisei interrogabāt euz
si licet viro vxorē dimittere: tēptā
tes eum. At ille rīdens dixit eis.
Quid vobis pcepit moyses. Qui
dixerūt. Moyses pmisit libellū re
pudij scribere a dimittere. Quib⁹
rīdens ihs ait. Ad duritiam coz
dis vestri scripsit vobis preceptū
istud. Ab initio autē creature ma
sculū a femina fecit eos deus. ppt
hoc relinquet homo patrē suuz a
matrē a adherebit ad vxorē suaz
a erūt duo in carne vna. Itaq iā
nō sunt duo ꝫ vna caro. Qd ergo
deus iūxit homo nō separet. Et i
domo itez discipuli ei⁹ de eodez in
terrogauerunt eū. Et ait illis. Qui
cūq dimiserit vxorez suā a aliam
duxerit: adulteriū cmittit sup eā
Et si vxor dimiserit viz suū et alij
nupserit: mechat. Et offerebant
illi puulos ut tāgeret illos. disci
puli aūt cminabant offerentib⁹
Quos cuz videret ihus: indigne
tulit. Et ait illis. Sinite puulos ve
nire ad me a ne phibueritis eos
Taliū em est regnū dei. Amen di
co vobis quisquis nō receperit re
gnū dei velut puulus nō intrabit
in illud. Et complexans eos a impo
nens man⁹ sup illos: bñdicebat
eos. Et cū egressus eēt in via: pro
curren⁹ quida genuflexo ante eū
rogabat eū dicens. Magister bo
ne: quid faciam ut vitā eternam
percipiaz. Ihus aūt dixit ei. Quid
me dicis bonuz. Nemo bonus: ni
si vn⁹ deus. Precepta nosti: ne ad
ulteres. ne occidas. ne furaris. ne
falsū testimoniū dixeris. ne fraudē fe
ceris. hōra patrez tuū a mātez. At ille
rīdēs ait illi. Magr hec oīa obser
ui a iuuētute mea. ihs aūt intuit⁹ eū
dilexit eū a dixit ei. Vnū tibi deest

Vade quecūq; habes vende ⁊ da
pauperib; ⁊ habebis thesaurū in ce
lo ⁊ veni sequere me. Qui ꝯtrista
tus in verbo abijt merens. Erat eī
habēs multas possessiones. Et cir
cumspiciēs ihus ait discipul' su
is. Quādifficile qui pecunias hn̄t
in regnū dei introibūt. Discipuli
aūt obstupescebāt in verbis ei⁹
At ihus rursus rn̄dens ait illis.
Filioli q̄ difficile est ꝯfidentes in
pecunijs in regnū dei introire. Fa
cilius ē camelū p foramen acus
trāsire q̄ diuitē intrare in regnū
dei. Qui magis āmirabātur. dicē
tes ad semetipsos. Et q̄s potest
saluus fiei. Et intuēs ihus illos
ait. Apud hoīes impossibile ē sed
non apud deū. Oīa enim possibi
lia sūt apud deū. Et cepit ei petr⁹
dicere. Ecce nos dimisim⁹ oīa ⁊ se
cuti sumus te. Rn̄dens ihus ait.
Amē dico vob' nemo ē q̄ relique
rit domū aut fratres aut sorores
aut p̄rē ā matrē aut filios aut
agros ꝓpter me ⁊ ꝓpter euāgeliū
q̄ non accipiat cēties tantū nūc
in tpe hoc. domos ⁊ fratres ⁊ so
rores ⁊ matres ⁊ filios ⁊ agros
cū ꝑsecucōnib; ⁊ in seculo futuro
vitā eternam. Multi aūt erūt p̄
mi nouissimi et nouissimi primi
Erant aūt in via ascēdentes ihero
solimā ⁊ p̄cedebat illos ihesus ⁊
stupebāt ⁊ sequētes timebāt. Et
assumēs iterū duodecim. cepit ill'
dicere q̄ eēnt ei ventura. Quia ecce
ascendimus iherosolimā ⁊ filius
hōis tradet' principib; sacerdotū
⁊ scribis ⁊ senioribꝰ ⁊ dānabūt
eū morte ⁊ tradēt eū gētib⁹ ⁊ illu
dēt ei ⁊ cōspuēt eū ⁊ flagellabūt
eū ⁊ interficient eū ⁊ tertia die re
surget. Et ascendūt ad eum iaco
bus ⁊ iohānes filij zebedei dicen
tes. Magister volum⁹ ut q̄dcun
q; petierimus facias nobis At il
le dixit eis. Quid vultis ut faciā
vob'. Et dixer̄t. Da nob' ut vnus
ad dexterā tuā ⁊ ali⁹ ad sinistrā
tuā sedeamus in gloria tua. Ihus
autē ait eis Nescitis quid petatis
potestis bibere calicē quem ego
bibo aut baptismo quo ego bap
tisor baptisari. At illi dixerunt
ei. Possum⁹. Ihs autē ait eis. Ca
licem q̄dem quē ego bibo bibetis
⁊ baptismo q̄ ego baptisor bap
tisabimini sedere aūt ad dexterā
meā vl' ad sinistrā nō est meū da
re vob' sed quib⁹ patū ē. Et audi
entes decē indign̄ti sunt de iacobo
⁊ iohāne. Ihs autē vocans eos.
ait ill'. Scitis q̄ hij q̄ vident' prin
cipari gētib; dn̄antur eis ⁊ prin
cipes eorū ptātem habēt ipōrū.
Nō ita ē aūt in vob' sed q̄cunq; vo
luerit fieri maior erit vester mini
ster ⁊ quicunq; voluerit in vobis
prim⁹ eē erit oīm seruus. Nā ⁊ fi
lius hōis nō venit ut ministraret'
ei sed ut ministraret ⁊ daret aīā
suā redēpcionē ꝓ multis. Et veni
unt ihericho et proficiscente eo
de ihericho ⁊ discipulis eius ⁊ pl'i
ma multitudīe filius thimei bar
thimeus cecus sedebat iuxta viā
mendicās. Qui cū audisset q̄ ihe
sus nazarenus ē cepit clamare ⁊
dicere. Ihu fili dauid miserē mei
Et ꝯminabātur illi multi ut tacēt
At ille multo magis clamabat fi
li dauid miserere mei. Et stās ihe
sus p̄cepit illum vocari. Et vocāt

cecū dicentes ei Animequior esto
Surge vocat te. Qui ꝓiecto vesti
mento suo: exiliens venit ad eū.
Et rñdens ihs dixit illi. Quid tibi
vis fatiaꝫ. Cecus aūt dixit ei. Ra
boni ut videam. Ihus aūt ait illi.
Vade. Fides tua te saluuꝫ fecit. Et
ꝯfestī vidit ⁊ sequebat eū ī via.

Et cū appropīqua Ca. xi.
rēt iherosolime ⁊ bethanie
ad montē oliuaꝝ mittit duos ex
discipulis suis ⁊ ait illis. Ite in ca
stellū qđ ꝯtra vos est ⁊ statī ītro
eūtes illuc inuenietis pulluꝫ liga
tū sup quem nemo adhuc hoīm
sedit. Soluite illū ⁊ adducite. Et
si quis vob dixerit q̄d facitis. dici
te qꝛ dño necessariꝰ est ⁊ cōtinuo
illū dimittet huc Et abeūtes inue
nerūt pullū ligatū añ ianuā foris
in biuio ⁊ soluūt eū. Et quidā de
illic stantibꝰ dicebāt ill. Quid fa
citis soluētes pullū. Qui dixerūt
eis sicut p̄cepat illis ihus ⁊ dimi
serūt eis. Et duxerūt pullū ad ihe
sū ⁊ imponūt illi vestimēta sua et
sedit sup eū. Multi vestimēta sua
strauerūt in via. Alij aūt frondes
cedebant de arboribꝰ ⁊ sternebāt
in via. Et qui p̄ibāt ⁊ q̄ sequebā
tur clamabāt dicentes. Osāna be
nedictꝰ qui venit in noīe dñi: bñ
dictū qđ venit regnū p̄ris nostri
dauid: osāna in excelsis. Et intro
iuit iherosolimā ī templū et circū
spectis oībꝫ cū iam vespa eēt hora
exijt in bethaniā cū duodecim. Et
alia die cū exirent a bethania esu
rijt. Cūqꝫ vidissent alōge ficū ha
bentē folia: venit si quid forte īue
niret in ea. Et cū venisset ad eā: nl
inuenit p̄ter folia. Nō em̄ erat tē
pus ficoꝝ. Et rñdens dixit ei. Jaꝫ
nō amplius īeternū ex te quisq̄
fructuꝫ māducet. Et audiebāt di
scipli eiꝰ ⁊ veniūt iherosolimā. Et
cuꝫ introisset in templū cepit eice
re vendētes ⁊ ementes in tēplo et
mensas nūmulariorꝝ ⁊ kathedrs
vendentiū colūbas euertit. Et nō
sinebat ut quisq̄ trāsferret vas
p templū ⁊ docebat dicēs eis Nō
ne scriptū est q̄a domꝰ mea domꝰ
oracōis vocabit oībꝫ gentibus.
Vos aūt fecistis eaꝫ speluncā la
tronū. Quo audito p̄ncipes sacer
dotū ⁊ scribe querebāt qūo eū per
derēt. Timebāt em̄ euꝫ. qm̄ vniu
sa turba āmirabat sup doctrina
eiꝰ. Et cuꝫ vespa facta eēt: egredie
bat de ciuitate. Et cū mane transi
rent: viderūt ficū aridā factā a ra
dicibꝰ. Et recordatus petrꝰ dixit
ei. Rabi: ecce ficus cui maledixisti
aruit. Et rñdens ihs ait ill. Habe
te fidē dei. Amē dico vob. qꝛ quicū
qꝫ dixerit huic mōti tollere ⁊ mit
tere ī mare ⁊ nō hesitauerit ī corde
suo ꝫ crediderit qꝛ qđcūqꝫ dixerit
fiat: fiet ei. Propterea dico vobis
oīa q̄cunqꝫ orātes petitis credite
qꝛ accipietis ⁊ eueniēt vob. Et cū
stabitis ad orādū: dimittite si q̄d
hētis adūsus aliqueꝫ ut ⁊ p̄r vr̄ q̄
ī cel est dimittat vob pctā vestra
Qđ si vos nō dimiseritis: nec pat
vester q̄ in cel est dimittet vobis
peccata vrā. Et veniūt rursus ihe
rosolimā Et cū ambularet in tem
plo accedūt ad eū sūmi sacdotes
⁊ scribe ⁊ seniores et dicunt ei. In
qua potestate hec facis et quis ti
bi dedit hanc potestatem ut ista
fatias. Ihus aūt rñdens ait illis

Interrogabo vos et ego vnū ver
bum ⁊ respondete mihi ⁊ dicam
vobis ī qua ptāte hec faciā. Bap
tismū iohānis de celo erat an ex
hōibus. Rn̄dete mihi At illi cogi
tabāt secū dicentes. Si dixerim⁹
de celo dicz nob. Quare ergo non
credidistis ei. Si dixerim⁹ ex hōi
b⁹ timem⁹ populū. Oēs eī habe
bāt iohānem qꝛ vere ꝓpheta esset
Et rn̄dentes dicūt ihesu. Nescim⁹
⁊ rn̄dens ihesus ait ill. Neqꝫ ego
dico vob in q̄ potestate hec faciā.

Ca. xij.

Et cepit ill in pa
bolis loqui. Vineā pastina
uit hō ⁊ circūdedit sepem ⁊ fodit
lacum ⁊ edificauit turrim ⁊ loca
uit eā agricolis ⁊ peregre ꝓfectus
est. Et misit ad agricolas in tēpe
seruū ut ab agricolis accipet de
fructu vinee. Qui apprehēsum euꝫ
ceciderūt ⁊ dimiserūt vacuū. Et ite
rū misit ad illos aliū seruū ⁊ illū
in capite vulnerauerūt ⁊ cōtume
lijs affecerūt Et rursū aliū misit ⁊
illū occiderūt ⁊ plures alios quos
dam cedētes alios vero occidētes
Adhuc ergo vnū habens filium
carissimuꝫ ⁊ illū misit ad eos no
uissimū dicēs qꝛ reuerebūtur filiū
meū. Coloni aūt dixerūt ad inui
cem Venite occidam⁹ eū ⁊ nostr̄
erit hereditas. Et apprehēdētes eū
occiderunt et eiecerūt extra vine
aꝫ. Quid ḡ faciet dn̄s vinee. Ve
niet ⁊ ꝑdet colonos ⁊ dabit vine
am alijs Nec scripturā hanc legi
stis lapidē quē reprobauerūt edi
ficantes hic factus ē in caput an
guli a dn̄o factū est istud ⁊ est mi
rabile ī oculis nostris. Et quere
bāt eū tenere ⁊ timuerūt turbam.

Cognouerūt em̄ quoniā ad eos
ꝑabolam hāc dixerit Et relicto eo
abierūt Et mittūt ad eū quosdā
ex phariseis ⁊ herodianis ut euꝫ
caperent in verbo. Qui venientes
dicūt ei. Magister scim⁹ qꝛ verax
es ⁊ nō curas quēq̄ Nec enim vi
des in faciē hōim ꝫ in veritate viā
dei doces. Licꝫ dari tributū cesari
an nō dabim⁹. Qui sciēs versuti
am illoꝝ. Ait illis Quid me tēpta
tis. Afferte mihi denariū ut vide
am. At illi tulerunt ei ⁊ ait ill. Cu
ius est ymago hec ⁊ inscripcio.
Dicūt ei. Cesaris. Rn̄dens aūt ihe
sus dixit illis. Reddite igitur que
sūt cesaris cesari ⁊ q̄ sūt dei deo. Et
mirabātur sup eo. Et venerūt ad
eū sadducei q̄ dicunt resurrectōeꝫ
nō esse ⁊ interrogabāt eū dicētes
Magister moyses nobis scripsit
ut si cuius frat̄ mortuus fuerit et
dimiserit vxorē ⁊ filios nō reliq̄
rit accipiat frater ei⁹ vxorē ip̄ius
⁊ resuscitet semē fratri suo. Septē
ergo fratres erāt ⁊ prim⁹ accepit
vxorē ⁊ mortu⁹ ē nō relicto semīe
Et scd̄s accepit eā ⁊ mortuus ē et
nec iste reliq̄t semen. Et tercius si
milit̄. Et acceperūt eā siliter septē
⁊ non reliq̄rūt semen. Nouissima
oīm defūcta est ⁊ mulier. In resur
rectiōe ergo cū resurrexerint cui⁹
de hijs erit vxor. Septē em̄ habu
erūt eā vxorē. Et rn̄dēs ihesus ait
illis. Nōne id̄o erratis nō sciētes
scripturas neqꝫ v̄tutē dei. Cū em̄
a mortuis resurrexerīt neqꝫ nubēt
neqꝫ nubētur. ꝫ sunt sic āgeli dei
in celis. De mortuis autē ꝙ resur
gāt nō legistis in libro moysi su
ꝑ rubum quomō dixerit illi deus

inquiens ego sū deus abrahaz ⁊
deꝰ ysaac ⁊ deus iacob. Nō ē deꝰ
mortuoꝝ sed viuoꝝ. Vos ḡ mul
tū erratis. Et accessit vnus de scri
bis qui audierat illos ꝯquirētes
⁊ videns qm̄ bn̄ illis rn̄derit: inter
rogauit eū qd̄ eēt primū omniuz
mandatū. Ihus aūt rn̄dit ei. q̄a
p̄mū oīm mādatū est. Audi isrl̄
dn̄s deus tuus deus vnꝰ est ⁊ di
liges dn̄m deū tuuz ex toto corde
tuo ⁊ ex tota am̄a tua et ex tō mē
te tua et ex tota virtute tua. Hoc
ē primū mandatū. Secundū aūt
simile est illi. Diliges ꝓximū tuū
tanq̄ teipsum. Maius hoꝝ aliud
mandatuz nō ē. Et ait illi scriba.
Bn̄ magister in veritate dixisti. qꝛ
vnꝰ est deus et nō est alius pret̄
eū. Et ut diligat̄ ex toto corde ⁊ ex
toto intellectu ⁊ ex tō anima ⁊ ex
tota fortitudine ⁊ diligere ꝓximū
tāq̄ seip̄m: maiꝰ ē oībꝰ holocau
stomatibꝰ ⁊ sacrificijs. Ihus au
tē videns ꝙ sapienter rn̄disset di
xit illi. Nō es longe a regno dei. Et
nemo iam audebat eū interroga
re. Et rn̄dens ihus dicebat docēs
in templo. Qūo dicūt scribe xp̄m
filiū eē dauid. Ip̄e em̄ dauid dic̄
in spūsancto. Dixit dn̄s dn̄o meo
sede a dextris meis. donec ponā ini
micos tuos scabellū pedū tuoꝝ Ip
se ergo dauid dicit eū dn̄m ⁊ vn̄
est filiꝰ eiꝰ. Et multa turba euz li
bent̄ audiuit. Et dicebat eis in do
ctrina sua. Cauete a scrib̄ q̄ volūt
in stolis ambulare ⁊ salutari ī fo
ro ⁊ in p̄mis cathedris sedere ī sy
nagogis ⁊ p̄mos discubitus ī ce
nis. Qui deuorāt domos viduaꝝ
sub obtentu prolixe oracōnis hij
accipient ꝓlixiꝰ iuditiū. Et sedēs
ihus cōtra gazophilatiū aspitie
bat qūo turba iactaēt es in gazo
hilatiū ⁊ multi diuites iactabāt
multa. Cū venisset āt vidua vna
paup: misit duo minuta qd̄ est q̄
drans. Et ꝯuocans discipulos su
os ait ill̄. Amen dico vob̄. qm̄ vi
dua hec paup plus oībus misit
qui miser̄t in gazophilatiū. Oēs
em̄ ex eo qd̄ abundabat illis mi
ser̄ūt. hec vero de penuria sua om̄a
que habuit misit totū victū suū.

Et cū egrederet̄. Ca. xiij.
de templo ait illi vnꝰ ex di
scipul̄ suis Magister: aspice q̄les
lapides et quales structure. Et re
spōdens ihus ait illi. Vides has
oēs magnas edificatiōes. Nō re
linquet̄ lapis sup lapidez qui nō
destruat̄. Et cū sederet in mōte oli
uarū ꝯtra templū: interrogabāt
eū sepatim petrus ⁊ iacobus ⁊ io
hānes ⁊ ādreas. Dic nob̄ qn̄ ista
fient ⁊ qd̄ signū erit qn̄ hec ōnia
incipiēt ꝯsūmari. Et rn̄dens ihus
cepit dicē ill̄. Videte ne quis vos
seducat. Multi em̄ veniēt in noīe
meo dicētes qꝛ ego sū ⁊ multos se
ducent. Cū audieritis aūt bella ⁊
opiniones belloꝝ: ne timueritis.
Oportet em̄ fieri ꝫ nōdū finis. Ex
urget em̄ gens ꝯtra gentem ⁊ re
gnū sup regnū et erūt terremotꝰ
p loca ⁊ fames. Initiū doloꝝ hec.
Videte aūt vosmetipōs. Tradent
em̄ vos in ꝯcilijs ⁊ in synagogis
vapulabitis ⁊ an̄ p̄sides ⁊ reges
stabitis ꝓpter me in testimoniuz
illis. Et in oēs gētes p̄mū oportet
p̄dicari euangeliū. Et cū dixerint
vos tradentes nolite precogitare

quid loquamini sed qd datū vo
bis fuerit in illa hoā id loq̄mi. Nō
ei vos estis loquētes sed spūssan
ctus. Tradz aūt frat̄ fratrē ī mor
tem ⁊ pat̄ filiū ⁊ cōsurgēt filij in
parētes ⁊ morte afficient eos. Et
eritis odio oībus ꝓpter nom̄ me
um. Qui autē sustinuerit in finez
hic saluus erit. Cū autē videritis
abhominacōez desolacōis stātez
vbi nō debz q̄ legit ītelligat. Tūc
q̄ in iudea sūt fugiāt in mōtes ⁊ q̄
sup tectū ne descēdat in domū nec
ītroeat ut tollat q̄d de domo sua
⁊ qui in agro erit nō reuertatur
retro tollere vestimentū suū. Ve
aūt pregnātib⁹ ⁊ nutriētibz in il
lis diebus. Orate vero ut hyeme
nō fiant. Erūt em̄ dies illi tribula
cōnes tales q̄les nō fuerūt ab ini
tio creature quā ꝯdidit deus vsq̄
nūc neq̄ fient. Et nisi breuiasset
dn̄s dies n̄ fuissz salua oīs caro
Sz ꝓpter electos quos elegit bre
uiauit dies. Et tūc si q̄s vob̄ dixe
rit. Ecce hic ē xp̄s ecce illic ne cre
dideritis. Exsurgēt em̄ pseudo cri
sti ⁊ pseudo ꝓphe ⁊ dabūt signa
⁊ portēta ad seducēdos si fiei pōt
etiā electos. Vos ergo videte. Ec
ce p̄dixi vob̄ ōnia. Sz in ill̄ dieb⁹
post tribulacōem illaz sol ꝯtene
brabit̄ ⁊ luna nō dabit splendo
rem suū. Et stelle celi erūt decidētes
⁊ virtutes q̄ in cel̄ sūt mouebūt̄
Et tūc videbūt filiū hōis veniētez
in nubib⁹ cum v̄tute multa ⁊ glo
ria. Et tūc mittet āgelos suos et
cōgregabit electos suos a q̄tuor
vētis a sūmo terre vsq̄ ad sūmuz
celi. A ficu aūt discite p̄abolā. Cū
iaz ram⁹ eius tener fuerit ⁊ nata

fuerint folia ꝯgnoscitis q̄ī ꝓxīo
sit estas. Sic ⁊ vos cū videritis hec
fieri scitote q̄ī ꝓximo sit in ostijs
Amē dico vob̄ q̄m nō trāsibit ge
neracō hec. donec oīa ista fiant.
Celū ⁊ terra trāsibūt verba autē
mea nō trāsibūt. De die aūt illo
vel hora nemo scit. neq̄ āgeli ī ce
lo neq̄ filius nisi pat̄. Videte. vi
gilate ⁊ orate. Neq̄ scitis em̄ q̄n
tēp⁹ sit. Sicut homo q̄ pegre ꝓfe
ctus reliq̄t domū suā ⁊ dedit ꝑuis
suis ptātem cuiusq̄ opis ⁊ iani
tori precepit ut vigilet. Vigilate
ergo Nescitis em̄ q̄n dn̄s domus
veīat sero. an media nocte. ā gal
licātu. an mane ne cū venerit re
pēte. inueniat vos dormiētes. Qd
aūt vob̄ dico oībz dico vigilate.

Erat aūt pascha Ca. xiiij.
⁊ azima post biduū ⁊ quere
bāt sūmi sacerdotes ⁊ scribe quō
eū dolo tenerent ⁊ occiderēt dice
bāt em̄. Nō ī die festo ne forte tu
multus fieret in populo. Et cū eēt
bethanie in domo symōis lepro
si ⁊ recūberet veīt mulier hn̄s ala
bastrū vngēti nardi spicati preci
osi ⁊ fracto alabastro effudit su
p caput ei⁹. Erāt aūt q̄dā īdigne
ferentes intr̄ semetipōs ⁊ dicētes
Vt q̄d p̄dicō ista vngēti facta ē.
Poterat eī vngentū istud venū
dari plusq̄ trecētis denarijs ⁊ da
ri paupibus. Et fremebāt in eaz
Jhs aūt dixit. Sinite eā. Quid il
li molesti estis. Bonū op⁹ opeā
ta est in me. Sēp em̄ paupes ha
betis vobiscū ⁊ cū volueritis pote
stis ill̄ bn̄facere me aūt sēp non
habetis. Qd habuit hec fecit pre
ueīt vngē corp⁹ meū ī sepulturaz

Amen dico vob: vbicūq; predica
tū fuerit euangeliū istud in vniu
so mūdo et q̄ fecit hec: narrabit
in memoriā eius. Et iudas scario
this vnus de duodecim abijt ad
sūmos sacerdotes ut p̄deret eū il
lis. Qui audientes gauisi sūt ⁊ p̄
miserūt ei pecuniaz se daturos. Et
querebat qūo illū oportune trāde
ret. Et p̄mo die azimorū quādo pa
scha ymolabant dicūt ei discipli
Quo vis eam⁹ ⁊ paremus tibi ut
manduces pascha. Et mittit du
os ex discipul' suis ⁊ dic̄ eis. Ite ī
ciuitatē ⁊ occurret vobis hō lage
nā aque baiulās. Sequimini eū
⁊ quocunq; introierit dicite dño
dom⁹. q̄ magister dicit. Vbi ē re
fectio mea: vbi pascha cū discipu
lis meis māducez. Et ip̄e vobis de
monstrabit cenaculuz grāde stra
tū ⁊ illic parate nob. Et abierunt
discipuli ei⁹ ⁊ venerūt in ciuitatē
⁊ inuenerūt sicut dixeāt ill' ⁊ pa
rauerūt pascha. Vespe aūt facto
venit cū duodecī. Et discūbentib⁹
eis ⁊ māducantib⁹ ait ih̄s. Amē
dico vobis. q̄ vnus ex vob trādet
me qui manducat mecū. At illi ce
perūt ꝯtristari et dicere ei singilla
tim. Nūq̄d ego. Qui ait ill'. Vn⁹
ex duodecim q̄ intingit mecū ma
nū in cathino. Et fili⁹ quidē homi
nis vadit sicut scriptuz est de eo.
Ve aūt hoī illi p quē fili⁹ hoīs trā
det. Bonū eāt ei: si nō eēt nat⁹ hō
ille. Et manducantib⁹ ill': accepit
ih̄us panē ⁊ bn̄dicēs fregit ⁊ de
dit eis ⁊ ait ill'. Sumite: hoc ē cor
pus meuz. Et accepto calice grās
agēs dedit eis. Et biberunt ex illo
oēs. Et ait illis. Hic ē sāguis me⁹
noui testamenti q̄ p multis effun
det. Amen dico vobis q̄ iaz nō bi
bā de genimine vitis: vsq; in diē
illū cū illud bibaz nouū in regno
dei. Et ymno dicto exierūt in mon
tē oliuarū. Et ait eis ih̄us. Omēs
scādalizabimini in nocte ista. q̄a
scriptū est p̄cutiā pastorez ⁊ disp
gēt oues. Sz posteaq̄ resurrexero
precedam vos in galileā. Petrus
aūt ait illi. Et si oēs scandalisati
fuerint: ꝫ nō ego. Et ait illi ihesus
Amen dico tibi. q̄ tu hodie in no
cte hac prius q̄ gallus bis vocem
dederit ter me es negaturus. At il
le ampli⁹ loquebat. Et si oportu
erit me siml' ꝯmori tibi non te ne
gabo. Similit aūt ⁊ oēs dicebant
Et veniūt ī prediū cui nomē geth
semani ⁊ ait discipul' suis Sedete
h̄ donec orē. Et assumit petrū ⁊ iaco
bū ⁊ ioh̄ez secū ⁊ cepit pauē ⁊ te
dē. Et ait ill' Tristis ē aīa mea vsq;
ad mortē. Sustinete hic ⁊ vigila
te. Et cū p̄cessissz paululū: p̄cidit
sup terrā ⁊ orabat ut si fieri possz
trāsiret ab eo hora ⁊ dixit. Abba
pater: omnia tibi possibilia sunt
trāsfer calicē hūc a me. Sed ñ q̄d
ego volo ꝫ q̄d tu. Et veīt ⁊ inueīt
eos dormientes. Et ait petro. Sy
mon dormis. Nō potuisti vna ho
ra vigilare. Vigilate et orate: ut
nō intretis in tēptacōem. Spirit⁹
quidē p̄mptus est. caro vero infir
ma. Et iterū abiens orauit eundē
sermonem dicens. Et reuersus de
nuo: inuenit eos dormiētes. Erāt
em̄ oculi eorū g̃uati et ignorabāt
q̄d rn̄derēt ei. Et venit tertio ⁊ ait
ill'. Dormite iā ⁊ req̄escite. Sufficit.
Venit hora. ecce fili⁹ hoīs tradet

in mãus pcc̃oꝝ. Surgite eamus.
Ecce q̃ me tr̃det ꝓpe est Et adhuc
eo loquẽte venit iudas scarioth
vnus ex duodecim ⁊ cũ eo turba
multa cũ gladijs ⁊ lignis a sũmis
sacerdotibꝫ ⁊ scrib̃ ⁊ senioribꝫ. De
derat autẽ traditor eiꝰ signũ eis
dicẽs. Quẽcũqꝫ osculatꝰ fuero ip
se ẽ tenete eũ ⁊ ducite caute. Et cũ
venisset statim accedẽs ad eũ ait.
Rabbi. ⁊ osculatus est eũ. At illi
manus iniecerẽt in ih̃m ⁊ tenuerẽt
eũ Vnus aũt q̃dam de circũstan
tibꝫ educẽs gladiũ ꝑcussit seruũ
sũmi sacerdotis ⁊ ãputauit illi au
riculam. Et r̃ndens ihesus ait illis
Tanq̃ ad latronẽ existis cũ gla
dijs ⁊ lignis ꝯprehẽdere me. Quo
tidie erã apud vos in tẽplo docẽs
⁊ nõ me tenuistis. Sꝫ impleãtur
scripture. Tunc discipuli eiꝰ relin
quẽtes eũ oẽs fugerũt Adolescẽs
aũt q̃dam seq̃batur eũ amictus
sindone sup nudo ⁊ tenuerẽt eum.
at ille reiecta sindõe nudꝰ ꝓfugit
ab eis. Et adduxerũt ih̃m ad sũ
mũ sacerdotẽ ⁊ ꝯuenerũt oẽs sac̃
dotes ⁊ scribe ⁊ seniores. Petrꝰ ãt
alõge secutus ẽ eũ vsqꝫ intro in
atriũ sũmi sac̃dotis ⁊ sedebat cuꝫ
ministris ad ignẽ ⁊ calefatiebat
se. Sũmi vero sacerdotes ⁊ omne
ꝯciliũ q̃rebãt aduersus ih̃m testi
moniũ ut eũ morti tr̃derẽt nec in
ueniebãt Multi aũt testimoniuꝫ
falsũ dicebãt aduersus eũ ⁊ ꝯue
niẽtia testimonia nõ erãt. Et q̃dã
surgẽtes falsũ testiõniũ ferebãt
adu̇sus eũ dicentes Quoniã nos
audiuimꝰ eũ dicẽtem. Ego dissol
uã tẽplũ hoc manufactũ ⁊ post
t̃duũ aliud nõ manufactũ edifi
cabo. Et nõ erat ꝯueniẽs testimo
niũ illoꝝ Et exurgẽs sũmus sacer
dos in mediũ interrogauit ih̃m
dicens. Nõ r̃ndes quicq̃ ad ea q̃
tibi obiciũtur ab hijs. Ille autẽ
tacebat ⁊ nihil r̃ndit. Rursuꝫ sũ
mꝰ sacerdos ĩtrogabat eũ ⁊ dixit
ei Tu es xp̃us filiꝰ dei benedicti.
Ihesus aũt dixit illi. Ego sũ. Et vi
debitis filiũ hõis sedẽtẽ a dextris
virtutis ⁊ veniẽtem cũ nubibus
celi. Sũmus aũt sacerdos scindẽs
vestimẽta sua ait Quid adhuc de
sideramus testes. Audistis blas
phemiã. Quid vob̃ videtur. Qui
oẽs cõdẽnauerũt eũ reum eẽ mor
tis. Et ceperũt q̃dã cõspuere eũ et
velare fatiem eiꝰ ⁊ colaphis eũ ce
dere ⁊ dicẽ ei ꝓphetisa. Et ministri
alapis eũ cedebãt. Et cum essꝫ pe
trus in atrio deorsũ. venit vna ex
ãcillis sũmi sacerdotis ⁊ cũ vidis
set petꝝ calefaciẽtẽ se aspiciẽs il
lũ ait Et tu cũ ih̃u nazareno eras
At ille negauit dicens. Neqꝫ scio
neqꝫ noui quid dicas. Et exijt fo
ras ante atriũ ⁊ gallus cãtauit.
Rursus aũt cũ vidissꝫ illũ ãcilla
cepit dicere circũstantibꝰ qꝛ h̃ ex
illis ẽ At ille iteꝝ negauit. Et ptꝰ
pusillũ rursus qui astabãt dice
bãt petro. Vere ex illis es nã et
galileꝰ es. Ille aũt cepit anathe
matizare ⁊ iurare qꝛ nescio hõiez
istuꝫ quẽ dicitis Et statim gallus
iteꝝ cãtauit. Et recordatus est pe
trus verbi qd̃ dixerat ei ih̃us pri
usq̃ gallus cãtet bis. ter me ne
gab̃. Et cepit flere. Ca. xv.

Et cõfestim mane cõsiliũ fa
ciẽtes sũmi sacerdotes cum
senioribus ⁊ scribis ⁊ vniuerso

concilio vincētes ihm duxerūt et
tradiderūt pylato. Et interrogauit
eū pylatꝰ. Tu es rex iudeoꝝ. At
ille rn̄dens ait illi. Tu dicis. Et ac
cusabant eū sūmi sacerdotes ī mlt
tis. Pylatus āt rursū interrogauit
eū dicens. Nō rn̄des quicq̄. Vide
in quātis te accusant. Ihus autē
amplius nihil rn̄dit: ita ut mirare
tur pylatus. Per diē aūt festū so
lebat dimittere illis vnuz ex vin
ctis quecūqz petissent. Erat aūt q̄
dicebat barrabas qui cū seditio
sis erat vinctus q̄ in seditione fe
cerat homicidiū. Et cū ascendissz
turba: cepit rogare sicut semp fa
tiebat illꝰ. Pylatus aūt rn̄dit eis
ꝛ dixit. Vultis dimittā vob regē
iudeoꝝ. Sciebat em̄ q̄ p inuidiā
tradidissent eū sūmi sacerdotes.
Pōtifices aūt ꝯcitauerūt turbaz
ut magis barraban dimittēt eis
Pylatus aūt iteꝝ rn̄dens ait illꝰ.
Quid ergo vultis fatiā regi iudeo
rū. At illi iteꝝ damauerūt. Cruci
fige eū. Pylatus vero dicebat illꝰ
Quid eī mali fecit. At illi magis
damabant. Crucifige eū. Pylatꝰ
autē volens ꝓplo satisfacere dimi
sit illꝰ barrabā ꝛ tradidit eis ihe
sū flagellꝰ cesū ut crucifigeret. Mi
lites aūt duxerūt eū intro in atriū
p̄torij ꝛ ꝯuocant totā cohortez ꝛ ī
duūt eum purpura ꝛ imponūt ei
plectentes spineam coronā ꝛ cepe
runt salutare eū. Aue rex iudeoꝝ.
Et ꝑcutiebant caput eius arundi
ne ꝛ ꝯspuebant eū ꝛ ponentes ge
nua adorabant euz. Et postq̄ illu
serūt ei exuerūt illū purpura ꝛ in
duerunt eum vestimentis suis et
educunt illū ut crucifigerent euz.

Et angariauerūt pretereūtez quē
piā symonē cyreneū venientē de
villa: patrē alexādri ꝛ rufi ut tol
leret crucē eiꝰ. Et ꝑducunt illū in
golgotha locū qd est interp̄tatū
caluarie locus. Et dabant ei bibe
re mirratū vinū ꝛ non accepit. Et
crucifigentes eum diuiserūt vesti
menta eius: mittentes sortē super
eis quid quis tolleret. Erat autē
hora tertia ꝛ crucifixerūt eum. Et
erat titulus cause eius inscriptus
rex iudeoꝝ. Et cū eo crucifigūt du
os latrones: vnū a dextris ꝛ aliū
a sinistris eius. Et adimpleta est
scriptura que dicit. Et cū iniquis
reputatus ē. Et pretereuntes blas
phemabant euz: mouentes capi
ta sua ꝛ dicentes. Vah q̄ destruis
templū dei ꝛ in tribꝰ diebꝰ reedi
ficas. Saluū fac temetip̄m descen
dens de cruce. Similit ꝛ sūmi sacer
dotes illudētes ad alterutꝝ cū scri
bis dicebāt Alios saluos fecit se
ipsū nō potest saluū facere. Cristꝰ
rex israhel descēdat nunc de cruce
ut videamꝰ ꝛ credamus. Et q̄ cuz
eo crucifixi erāt ꝯuitiabant ei. Et
facta hora sexta: tenebre facte sūt
p totam terrā vsqz in horā nonā
Et hoā nona exclamauit ihus vo
ce magna dicēs. Heloy heloy la
mazabathani. Qd est interp̄tatū
deꝰ meus deus meꝰ: ut quid dere
liquisti me. Et quidā de circūstā
tibus audiētes dicebant. Ecce he
liā vocat. Currēs aūt vnus ꝛ im
plēs spongiā aceto: circūponēsqz
calamo potū dabat ei dicēs. Sini
te: videamus si veniat helias ad
deponendum eum. Ihesus autez
emissa voce mag̃ expiāuit. Et velū

templi scissuz ē in duo a sūmo vsq̄ deorsum. Vidēs autē centurio q̄ ex aduerso stabat. qr sic clamās expirasset ait. Vere hō hic filiꝰ dei erat. Erāt aūt ⁊ mulieres delōge aspicientes int̄ quas erāt maria magdalene ⁊ maia iacobi mīoris ⁊ ioseph mr̄ ⁊ salome ⁊ cū eēt in galilea seq̄bantur eū et ministrabāt ei ⁊ alie multe q̄ simul cuz eo ascēderant iherosolimā. Et cū iaz sero esset factū. qr erat parasceue qd est añ sabbatū. venit ioseph ab arimathia nobil' decurio q̄ ⁊ ipse erat expectās regnuz dei. Et audacter introiuit ad pylatū et pecijt corpꝰ ihesu. Pilatus autez mirabatur si iā obisset. Et accersito centurione interrogauit eū si iam mortuꝰ esset. Et cū ꝯgnouissz a cēturione donauit corpꝰ ioseph Joseph aūt mercatus syndonē ⁊ deponēs eū inuoluit syndone ⁊ posuit eū in monumento quod erat excisū de petra ⁊ aduoluit lapidē ad ostiuz monumēti. Maria magdalene ⁊ maria ioseph aspiciebāt vbi poneret. Ca. xvi.

sydone facte fuissent v̄tutes que
facte sūt in vobis olim in cilitio ⁊
cinere sedentes peniterēt. Verūta
men tyro ⁊ sydone remissi⁹ erit ī
iuditio q̄ vob̄. Et tu capharnauꝫ
vsq; ad celuꝫ exaltata: vsq; ad in
fernū demergeris. Qui vos audit
me audit ⁊ q̄ vos spernit me sper
nit. Qui aūt me spernit: spernit eū
qui misit me. Reuersi sūt aūt sep
tuagintaduo cū gaudio dicētes.
Dñe: etiā demonia subitiunt̄ nob̄
ī nomine tuo. Et ait illis. Videbā
sathanā sicut fulgur de celo cadē
tem. Ecce dedi vobis ptātez calcan
di supra serpētes ⁊ scorpiones et
sup̄ oēm virtutē inimici ⁊ n̄l vob̄
nocebit. Verūtamen in hoc noli
te gaudere. q̄ spūs vob̄ subitiunt̄
Gaudete āt q̄ nomīa vrā scripta
sūt ī cel̄. In ip̄a hora exultauit in
spūscō ⁊ dixit. Cōfitebor tibi dñe
pr̄ celi ⁊ t̄re q̄ abscōdisti hec a sa
piētib⁹ ⁊ prudētib⁹ ⁊ reuelasti ea
puul̄. Etiaꝫ pr̄: qm̄ sic placuit añ
te. Oīa m̄ tr̄dita sūt a pr̄e meo. Et
nemo scit q̄s sit fili⁹ n̄ pr̄ ⁊ q̄s sit
pr̄ n̄ fili⁹ ⁊ cui voluerit fili⁹ reuelaē

Et cōuersus ad discipulos suos
dixit Beati oculi qui vidēt q̄ vos
videtis. Dico enī vobis ꝙ multi re
ges ⁊ ꝓphete voluerūt videre que
vos videtis ⁊ nō viderūt ⁊ audire
q̄ auditis ⁊ nō audierūt. Et ecce
quidā legispeitus surrexit tēptās
illū ⁊ dicens. Magister q̄d faciē
do vitaꝫ eternā possidebo. ⁊ At ille
dixit ad eū. In lege quid scriptū
est. ⁊ Qūo legis. ⁊ Ille rn̄dens dixit
Diliges dn̄m deuꝫ tuū ex toto cor
de tuo ⁊ ex tota anima tua ⁊ ex oī
bus viribꝰ tuis ⁊ ex omni mente
tua ⁊ ꝓximū tuū sicut te ipsū. Dix
itq̄ illi. Recte rn̄disti. Hoc fac et
viues. Ille aūt volens iustificare
seipsū dixit ad ihesū. Et q̄s ē meꝰ
ꝓximꝰ. ⁊ Suscipiēs āt ihesus dix
it. Homo quidā descendebat ab
iherusalem in ihericho ⁊ incidit in
latrones q̄ etiā despoliauerūt euꝫ
⁊ plagis impositis abierūt semi
uiuo relicto. Accidit ut sacerdos
quidā descēderet eadē via ⁊ viso il
lo preteriuit. Similit̄ ⁊ leuita cum
esset secus locū ⁊ videret eū ꝑtrā
sijt. Samaritanꝰ aūt quidā iter
faciens venit secus eū ⁊ vidēs eū
misericordia motꝰ est. Et appropi
ans alligauit vulnera eiꝰ infun
dens oleū ⁊ vinū ⁊ imponēs illuꝫ
in iumentū suū duxit in stabuluꝫ
⁊ curam eiꝰ egit. Et altera die pro
tulit duos denarios ⁊ dedit stabu
lario ⁊ ait. Curam illius habe et
q̄dcunq̄ superogaueris. ego cuꝫ
rediero reddā tibi. Quis horꝫ triū
vidr̄ tibi ꝓximus fuisse illi qui in
cidit ī latrones. ⁊ At ille dixit. Qui
fecit misericordiā in illū. Et ait illi
ihesus. Vade ⁊ tu fac similiter. Fa
ctum ē aūt dū irent ⁊ ipse intr̄uit
in quodd̄ castellū ⁊ mulier q̄dā
martha noīe excepit illū ī domū
suā ⁊ huic erat soror noīe maria.
Que etiā sedēs secꝰ pedes dn̄i au
diebat v̄bū illius. martha autē
satagebat circa frequēs ministe
riū. Que stetit ⁊ ait. Dn̄e nō est ti
bi cure ꝙ soror mea reliq̄t me so
lā ministrare. ⁊ Dic ergo illi ut me
adiuuet. Et rn̄dens dixit illi dn̄s
Martha martha sollicita es et
turbaris erga pluriā. Porro vnū
est necessariū. Maria optimaꝫ ꝑ
tem elegit. que nō auferet̄ ab ea

Ca. xi.

Et factū est cum
esset in quodā loco orans
ut cessauit dixit vnus ex discipu
lis eiꝰ ad eū. Dn̄e doce nos orare
sicut docuit iohānes discipulos
suos. Et ait illis. Cū oratis dicite
Pater sāctificet̄ nomē tuū. adue
niat regnū tuū fiat voluntas tua
panē nostrū quotidianū da no
bis hodie et dimitte nob̄ peccata
nr̄a. siquidē ⁊ nos dimittimꝰ debi
toibꝰ nr̄is ⁊ ne nos īducas ī tēp
tacōeꝫ. Et ait ad illos. Quis vestꝝ
habebit amicū ⁊ ibit ad illuꝫ me
dia nocte ⁊ dicet illi amice cōmo
da mihi tres panes. qm̄ amicus
meus venit de via ad me ⁊ nō ha
beo q̄d ponā ante illū ⁊ ille deintꝰ
respondēs dicat. noli mihi mole
stus eē. iā ostium clausū ē ⁊ pueri
mei mecū sunt in cubili. nō possuꝫ
surgere ⁊ dare tibi. ⁊ Et ille si ꝑseue
rauerit pulsans dico vob̄ ⁊ si nō
dabit illi surgēs eo ꝙ amicꝰ eius
sit ꝓpter improbitatē tn̄ eius sur
get ⁊ dabit illi quotq̄t habꝫ ne
cessarios Et vob̄ dico ego. Petite

et dabit vobis. querite et inuenie
tis. pulsate et apiet vobis. Omis
em qui petit accipit et q querit in
uenit et pulsati aperiet. Quis aut
ex vob prem petit panem: nuquid
lapidem dabit illi. Aut piscem: nun
quid p pisce serpentem dabit illi.
Aut si petierit ouum: nuquid porri
get illi scorpionem. Si ego vos cum
sitis mali nostis bona data dare
filijs vestris: quanto magis pat ve
ster de celo dabit spiritum bonum pe
tentibus se. Et erat eitiens demonium
et illud erat mutum et cum eiecisset de
monium locutus est mutus et ami
rate sunt turbe. Quidam aut ex eis
dixerunt. In beezebub principe demo
niorum eicit demonia. Et alij temptan
tes: signum de celo querebant ab eo
Ipse at ut vidit cogitationes eorum di
xit eis. Omne regnum in seipsum diuisum
desolabit et domus supra domum ca
det. Si aut et sathanas in seipm di
uisus est: quo stabit regnum eius. quia
dicitis in beelzebub eicere me demo
nia. Si at ego in beelzebub eitio
demonia: filij vestri in quo eitiunt.
Ideo ipsi iudices vestri erunt. Porro
si in digito dei eitio demonia: pfe
cto puenit in vos regnum dei. Cum
fortis armatus custodit atrium suum
in pace sunt ea q possidet. Si aut for
tior illo supueniens viceit eum: vni
uersa arma eius auferet in quibus
confidebat et spolia eius distribuet.
Qui non est mecum aduersum me est et qui
non colligit mecum dispergit. Cum immun
dus spus exierit de homine pambu
lat p loca inaquosa: querens requiem
et non inueniens dicit. Reuertar in
domum meam vnde exiui. Et cum venerit
inuenit scopis mundatam. Et tunc va

dit et assumit septem alios spus se
cum nequiores se et ingressi habitant
ibi. Et fiunt nouissima hominis illius pei
ora prioribus. Factum est aut cum hec di
ceret: extollens vocem quedam mulier
de turba dixit illi. Btus venter qui
te portauit et vbera q suxisti. At il
le dixit. Quinymo beati qui audiunt
verbum dei et custodiunt illud. Tur
bis aut concurrentibus cepit dicere
Generatio hec generatio nequam est:
signum querit et signum non dabitur
ei nisi signum ione. Nam sicut fuit io
nas signum niniuitis: ita erit filius
hominis generationi isti. Regina au
stri surget in iuditio cum viris gene
rationis huius et condenabit illos. quia
venit a finibus terre audire sapien
tiam salomonis. Et ecce plus quam salo
mon h. Viri niniuite surgent in iu
dicio cum generatione hac et condenabunt
illam. quia penitentiam egerunt in predicatione
ione. Et ecce plus quam iona h. Nemo
lucernam accendit et in abscondito po
nit neque sub modio sed super candela
brum ut q ingrediuntur lumen videant.
Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si
oculus tuus fuerit simplex: totum cor
pus tuum lucidum erit. si at nequam
fuerit: etiam corpus tuum tenebrosum
erit. Vide ergo ne lumen quod in te est tene
bre sint. Si ergo corpus tuum totum luci
dum fuerit: non habens aliquam partem tene
brarum erit lucidum totum. Et sicut lucerna
fulgoris illuminabit te Et cum loqueretur
rogauit illum quidam phariseus ut pran
deret apud se. Ihs aut ingressus recu
buit. Phariseus at cepit intra se re
putans dicere. quare non baptisatus
esset ante prandium. Et ait dns ad
illum. Nunc vos pharisei quod de
foris est calicis et catini mundatis

qđ aũt intus ẽ vestrũ. plenũ est
rapina ⁊ iniq̃tate. Stulti nõne q̃
fecit qđ deforis est. etiaz id qđ de
intus est fecit. Verũtamen qđ sup
est date elemosinã ⁊ ecce oia mũ
da sũt vob Sz vevob pharisei q̃
decimatis mẽtam ⁊ rutã ⁊ oẽ olꝰ
⁊ preteritis iudiciũ ⁊ caritatẽ dei.
Hec aũt oportuit facere ⁊ illa nõ
omittere Ve vob pharisei qꝝ di
ligitis primas cathedras i synа
gogis ⁊ salutacões in foro. Ve vo
bis qꝝ estis ut monumẽta q̃ non
parent ⁊ hoies ambulãtes supra
nesciũt. Rñdens aũt quidã ex le
gisperitis ait illi. Magister hec di
cẽs etiã ꝺumeliã nob facis. At il
le ait. Et vob legisperitis ve quia
oneratis hoies oneribus q̃ porta
re nõ possunt ⁊ ipsi vno digito ve
stro nõ tangitis sarcinas. Ve vo
bis q̃ edificatis monumẽta pphe
tarũ patres aũt vestri occiderunt
illos. Profecto testificamini qꝝ cõ
sentitis opibꝫ patrum vroꝝ quo
mãquidẽ ipsi eos occiderunt vos
ãt edificatis eoꝝ sepulcra. Propter
ea ⁊ sapia dei dixit. Mittã ad il
los pphetas ⁊ aplos ⁊ ex illꝭ occi
dent ⁊ psequẽtur ut imãtur sã
guis oim pphetarũ. q̃ effusus est
a ꝺstitucõe mũdi a generacõne
ista a sãguine abel vsq̃ ad sãgui
nẽ zacharie q̃ periit inter altarẽ ⁊
edem. Ita dico vobis requiretur ab
hac generacõe. Ve vob legisperi
tis qꝝ tulistis dauẽ scientie ipsi nõ
introistis ⁊ eos q̃ introibant p
hibuistis. Cũ hec ad illos dicerz
cepissent pharisei ⁊ legisperiti gra
uiter insistere ⁊ os eius opprimẽ
de multis insidiãtes ei ⁊ q̃rentes
rape aliq̃d ex ore eius. ut accusa
rent eum. Ca. xij.

Multis aũt turbis ꝯcurrenti
bus ita ut se inuicẽ cõculca
rẽt cepit dicere ad discipulos su
os Attẽdite a fermẽto phariseo
rũ qđ ẽ ypocrisis. Nihil em oper
tũ ẽ qđ nõ reuelet neq̃ absconꝺi
tũ quod nõ sciatur. Quomã q̃ in
tenebris dixistis. in lumine dicẽ
tur ⁊ qđ in aure locuti estis in cu
biculis predicabit in tectis. Dico
aũt vobis amicis meis ne terreа
mini ab hijs q̃ occidũt corpus ⁊
ptꝰ hec nõ habẽt amplius q̃d fa
ciãt. Oñdam aũt vobis quẽ time
atis Timete eũ qui post̃ occiꝺe
rit. habet ptãtem mittere in gehẽ
nam. Ita dico vobis hũc timete.
Nõne q̃nq̃ passeres venerunt di
pondio ⁊ vnus ex illꝭ nõ ẽ in ob
liuione corã ꝺo. Sed ⁊ capilli ca
pitis vri omnes numerati sunt.
Nolite ergo timere multis passeri
bus pluris estis. Dico aũt vobis
omnis q̃cunq̃ confessus fuerit me
corã hoibꝫ ⁊ filius hominis confi
bit illũ coram ãgelis dei. Qui aũt
negauerit me corã hoibus nega
bit coraz ãgelis dei. Et ois qui di
cit verbũ in filiũ hois remittetur
ei. ei aũt q̃ i spũm sanctũ blasphe
mauerit nõ remittetur. Cũ autez
inducẽt vos in synagogas ⁊ ad
magistratus ⁊ potestates nolite
solliciti esse. qualit aut q̃d rñdea
tis aut quid dicatis Spũs em sã
ctus ꝺocebit vos in ipsa hora q̃d
oporteat vos dicere. Ait aũt ei q̃
daz de turba Magister dic fratri
meo ut diuidat mecũ hereditatez
At ille dixit ei. Homo quis me

ɔstituit iudicē aut diuisorez sup̄
vos. Dixitq; ad illos. Videte ⁊ ca
uete ab oī auaritia. q̄ nō in abū
dantia cuiusq̄ vita est ex hijs q̄
possidet. Dixit aūt similitudinem
ad illos dicens. Hominis quidez
diuitis vberes fructus ager attu
lit ⁊ cogitabat ītra se dicēs. Quid
fatiaz q̄ non habeo quo ɔgregez
fructꝰ meos. Et dixit. Hoc fatiā.
Destruā horrea mea et maiora fa
tiaz ⁊ illuc cōgregabo oīa que na
ta sūt mihi ⁊ bona mea ⁊ dicā ani
me mee. Aīa: habes multa bona
posita ī ānos plurimos: requiesce
comede. bibe. epulare. Dixit āt illi
deus. Stulte hac nocte animā tuā
repetūt a te. Que aūt parasti cuiꝰ
erunt. Sic ē q̄ sibi thesaurisat et
nō est in deū diues. Dixitq; ad di
scipulos suos. Idō dico vob̄. No
lite solliciti eē aīe vestre quid mā
ducetis neq; corpi q̄d induamini
Aīa plus est q̄ esca ⁊ corpꝰ plꝰ
q̄ vestimentū. Cōsideāte coruos.
q̄ nō semināt neq; metūt quibꝰ
nō est cellariū neq; horreū ⁊ deus
pascit illos. Q̄ntomagis vos plu
res estis ill̄. Quis aūt vestꝝ cogi
tando pōt adicere ad staturā suā
cubitū vnuz. Si ergo neq; qd mi
nimū ē potestis: q̄d de ceteris sol
liciti estis. Considerate lilia q̄uo
crescūt. Nō laborāt neq; nent. Di
co autē vob̄. nec salomō in oī glo
ria sua vestiebat̄ sic̄ vnū ex istis.
Si aūt fenū qd hodie est ī agro ⁊
cras ī clibanū mittit̄ deꝰ sic vestit
q̄ntomagis vos pusille fidei. Et
vos nolite q̄rere q̄d mā ducetis ā
quid bibatis ⁊ nolite in sublime
tolli. Hec autē omnia gentes mū
di querunt. Pater aūt vester scit
qm̄ hijs īdigetis. Verūtamē q̄ri
te p̄mū r̄gnū dī ⁊ iustitiā eiꝰ ⁊ hec
omnia aditiētur vobis. Nolite ti
mere pusillus grex. q̄a cōplacuit
patri vestro dare vob̄ regnū. Vē
dite que possidetis ⁊ date elemosi
nam. Facite vob̄ sacculos qui nō
veterescūt: thesauꝝ nō defitientez
ī cel̄ q̄ fur ñ appropiat neq; tinea
corrūpit. Vbi em̄ thesaurus vr̄ ē
ibi ⁊ cor vestꝝ erit. Sīt lūbi vr̄i p̄
cincti ⁊ lucerne ardētes ⁊ vos simi
les hoībꝰ expectantibꝰ dn̄m suuz
qn̄ reuertat̄ a nupcijs ut cū vene
rit ⁊ pulsauerit: ɔfestim aperiant
ei. Beati serui illi quos cū venerit
dn̄s inueneit vigilantes. Amen.
dico vobis q̄ p̄cinget se et fatiet
illos discūbere ⁊ trāsiens ministr̄
bit illis. Et si venerit in secūda vi
gilia et si in tertia vigilia venerit
⁊ ita inuenerit: beati sūt serui illi.
Hoc aūt scitote. qm̄ si sciret pater
familias qua hora fur veniret vi
gilaret vtiq; ⁊ nō sineret p̄fodi do
mū suam. Et vos estote parati. q̄
qua hora nō putatis filius homi
nis veniet. Ait aūt ei petrus. Dn̄e
ad nos dicis hanc p̄abolā an et
ad om̄es. Dixit aūt dn̄s. Quis pu
tas est fidel̄ dispensator ⁊ prudēs
quē constituit dominꝰ sup̄r fami
liam suā ut det illis in tempore tri
tici mensurā. Beatus ille seruus
quē cū venerit dn̄s inuenerit ita
fatientem. Vere dico vobis. quo
niam sup̄r omnia que possidet cō
stituet illum. Qd si dixerit seruus
ille in corde suo: moram facit dn̄s
meꝰ veīre ⁊ cepit p̄cutē suos ⁊ an
cillas ⁊ edere ⁊ bibere ⁊ inebriari

veniet dn̄s serui illius ī die qua
nō sperat ⁊ hora qua nescit et di
uidet eū ꝑtēq; eius cū infidelibus
ponet. Ille aūt seruꝰ qui cogno
uit voluntatē dn̄i sui ⁊ nō prepa
uit et nō fecit scd̄m volūtatez eiꝰ
vapulabit multis q̄ āt nō ꝯgno
uerit ⁊ fecit digna plagis vapu
labit paucis. Omni aūt cui mul
tū datum ē. multū queret ab eo
⁊ cui ꝯmendauerūt multū plꝰ pe
tēt ab eo. Ignē veni mittere ī ter
rā ⁊ quid volo nisi ut accēdatur.
Baptismū aūt habeo baptisari ⁊
qūo coartor vsq; dū ꝑficiatur.
Putatis q̄ pacem veni mittere in
terrā. Nō dico vobis ꝫ sepacōez
Erūt em̄ ex hoc qn̄q; in domo vna
diuisi: tres ī duos ⁊ duo ī tres di
uidētur pater in filiū. ⁊ filiꝰ in pa
trez suū mater in filiā ⁊ filia ī ma
trem socrus in nurū suā et nurus
in socruz suā. Dicebat aūt ad tur
bas. Cū videritis nubē oriētez ab
occasu. statim dicitis nimbꝰ vēit
⁊ ita fit ⁊ cum austrū flātem dici
tis. q̄ estus erit ⁊ fit. ypocrite fa
ciem celi ⁊ terre nostis ꝓbaē hoc
aūt tp̄s qūo nō probatis. Quid
aūt ⁊ a vobisipsis non iudicatis
qd̄ iustum ē. Cū aūt vadis cum
aduersario tuo ad p̄ncipez in via
da operaz liberari ab illo ne forte
trahat te ad iudicē ⁊ iudex tr̄dat
te exactori ⁊ exactor mittat te ī car
cerez Dico tibi nō exies inde donec
etiā nouissimū minutū reddas.

Aderāt aūt quidā Ca. xiij.
ipso in tēpe nūciātes illi de
galileis quoꝝ sāguinez pylatus
miscuit cū sacrificijs eoꝝ. Et rn̄dēs
dixit ill̄. Putatis q̄ hij galilei p̄
omnibꝰ galileis pccōres fuerint
q̄ talia passi sūt. Nō dico vobis
sed nisi penitētiā habueritis oēs
similit̄ peribitis sic̄ illi decē ⁊ octo
supr̄ quos cecidit turris in syloe
⁊ occidit eos. Putatis q̄ ⁊ ipi de
bitores fuerint p̄ter om̄es hoīes
habitantes in iherusalez. Nō di
co vob̄ sed si nō penitētiā habue
ritis om̄es similit̄ peribitis. Dice
bat aūt ⁊ similitudinē. Arborem
fici habebat q̄daz plantatā in vi
nea sua ⁊ venit querēs fructuz in
illa ⁊ nō inuenit dixit aūt ad cul
torē vinee. Ecce āni tres sunt ex q̄
venio querēs fructuz in ficulnea
hac ⁊ nō inuenio. Succide ergo
illaz. Vt q̄d etiā terrā occupat.
At ille rn̄dēs dixit illi. Dn̄e dimit
te illam ⁊ hoc āno vsq; dū fodiaz
circa illā ⁊ mittaz stercora. Et si q̄
dem fecerit fructū. sinautē in futu
rū succides eā. Erat aūt docēs ī sy
nagoga eorum sabbatis. Et ecce
mulier q̄ habebat spūm infirmi
tatis ānis decē ⁊ octo ⁊ erat indīa
ta nec om̄ino poterat sursū respi
cere. Quā cū videret ihesus vōuit
eam ad se ⁊ ait illi. Mulier dimis
sa es ab infirmitate tua. Et impo
suit illi manus ⁊ cōfestim erecta
ē ⁊ glorificabat deū. Rn̄dens autē
archisynagogus indigt̄ꝰ q̄ sab
bato curasset ihesus dicebat tur
be. Sex dies sūt in q̄bz oportz ope
rari In hijs ergo venite ⁊ curami
ni ⁊ nō in die sabbati. Rn̄dēs au
tē ad illū dn̄s dixit. ypocrite vnus
q̄sq; vestrū sabbato nō soluit bo
uem suū aut azinū a presepio et
ducit adaquare. Hāc aūt filiam
abrahe quā alligauit sathanas

ecce decez ⁊ octo ãnis nõ oportuit
solui a vinculo isto die sabbati.
Et cũ hec diceret erubescebãt oẽs
aduersarij eius ⁊ oĩs ꝓplus gau
debat in vniuersis q̃ gloriose fie
bãt ab eo. Dicebat ergo. Cui simi
le est regnũ dei ⁊ cui simile estima
bo illud. Simile ẽ grano sinapis
qđ acceptũ homo misit ĩ ortũ suũ
⁊ creuit ⁊ factum est in arborẽ ma
gnã ⁊ volucres celi requieuerũt ĩ
ramis eius. Et iterꝫ dixit. Cui simi
le estimabo regnũ dei. Simile est
fermento qđ acceptuꝫ mulier ab
scõdit ĩ farine sata tria: donec fer
mentaẽt totũ. Et ibat ꝑ ciuitates
⁊ castella docens ⁊ iter fatiens in
ihrl̃m. Ait aũt illi quidaꝫ. Dñe: si
pauci sũt qui saluant. Ipe autez
dixit ad illos. Contẽdite intrare
ꝑ angustaꝫ portam. qꝛ multi dico
vob̃ querũt intrare ⁊ nõ poterunt
Cum aũt intrauerit pr̃familias ⁊
clauserit ostiuꝫ et incipietis foris
stare ⁊ pulsare ostiũ dicentes do
mine aperi nob̃ ⁊ rñdens dicet vo
bis. Nescio vos vñ sitis. Tũc inci
pietis dicere. Mãducauim⁹ corã
te ⁊ bibimus ⁊ in plateis nr̃is do
cuisti. Et dicet vobis. Nescio vos
vñ sitis. Discedite a me oẽs opera
rij iniq̃tatis. Ibi erit fletus ⁊ stri
dor dentiũ cũ videritis abrahaꝫ et
ysaac ⁊ iacob et oẽs ꝓphas in re
gno dei. vos autẽ expelli foras. Et
veniẽt ab oriente ⁊ occidẽte ⁊ aq̃
lone ⁊ austro ⁊ accũbent ĩ regno
dei Et ecce sũt nouissimi q̃ erũt pri
mi ⁊ sũt primi qui erũt nouissimi
In ip̃a die accesserũt quidã pha
riseoꝝ dicentes illi. Exi ⁊ vade hic
qꝛ herodes vult te occidere. Et ait
ill̃. Ite ⁊ dicite vulpi illi. Ecce eitio
demonia ⁊ sanitates ꝑfitio hodie
⁊ cras ⁊ tertia die ꝯfumor. Verũ
tameu oportet me hodie ⁊ cras ⁊
sequẽti ambulare. qꝛ nõ capit ꝓ
phetã perire extra ihrl̃m. Iherusa
lẽ ihrl̃m que occidis ꝓphas ⁊ la
pidas eos q̃ mittunt̃ ad te. Quo
tiens volui cõgregare filios tuos
quẽadmodũ auis niduꝫ suũ sub
pẽnis ⁊ noluisti. Ecce relinquet̃ vo
bis dom⁹ vr̃a deserta. Dico aũt vo
bis. q̃a nõ videbitis me donec ve
niat cum dicetis. benedictus qui
venit in nomine dñi. Ca. xiiij.

Et factũ est cuꝫ introisset ihe
sus in domũ cuiusdam pñci
pis phariseoꝝ sabbato mãduca
re panẽ ⁊ ip̃i obseruabant eũ. Et
ecce hõ q̃dã ydropicus erat añ il
lũ. Et rñdens ihus dixit ad legis
peritos ⁊ phariseos dicẽs. Si licet
sabbato curare. At illi tacuerũt.
Ipe vero apprehẽsũ sanauit euꝫ ac
dimisit. At rñdens ad illos dixit
Cui⁹ vr̃m asin⁹ ã bos ĩ puteũ cadꝫ
⁊ nõ ꝯtinuo extrahet illũ die sab
bati. Et nõ poterãt ad hec rñdere
illi. Dicebat aũt ⁊ ad ĩuitatos pa
rabolã: intendẽs qũo p̃mos accu
bit⁹ eligerẽt: dicẽs ad illos. Cũ ĩ
uitat⁹ fueris ad nuptias: ñ discũ
bas ĩ p̃mo loco: ne forte honorati
or te sit inuitat⁹ ab illo ⁊ veniens
is qui te ⁊ illũ vocauit: dicat tibi da
huic locũ et tũc ĩcipias cũ rubore
nouissimũ locũ tenere. Sꝫ cũ voca
tus fueis vade recũbe ĩ nouissimo
loco ut cũ venerit qui te ĩuitauit
dicat tibi. Amice ascẽde supi⁹. Tũc
eit tibi gloria corã sil̃ discũbẽtibꝫ
q̃a oĩs qui se exaltat humiliabit̃

et qui se humiliat exaltabit. Dice
bat aut et ei q se inuitauerat. Cu
facis prandiu aut cenam. noli voca
re amicos tuos. neq fratres tuos
neq cognatos. neq vicinos di
uites ne forte et ipsi te reinuitent et
fiat tibi retribucio. Sz cu facis conui
uiu voca paupes, debiles claudos
et cecos et btus eris q no habent
retribuere tibi. Retribuet aute ti
bi in resurrectione iustoꝝ. Hec cuz
audisset quidam de simul discubē
tib9 dixit illi. Btus qui manduca
bit panem in regno dei. At ipse dix
it ei. Homo qdaz fecit cenam mag
nam et vocauit multos Et misit seruu
suuz hora cene dicere inuitatis ut
venirent q iam pata sunt oia. Et cepe
runt simul omes excusare. Prim9
dixit ei. Villam emi et necesse ha
beo exire et videre illam. Rogo te ha
be me excusatu. Et alter dixit. Iu
ga boum emi qnq et eo probare
illa. Rogo te habe me excusatuz.
Et alius dixit Vxorem duxi et ideo
no possum venire. Et reuersus ser
u9 nunciauit hec dno suo Tunc ira
tus pr̄familias dixit suo suo. Exi
cito in plateas et vicos ciuitatis
et pauperes ac debiles et cecos et
claudos introduc huc. Et ait ser
uus. Dne factum e ut imperasti et
adhuc locus e Et ait dns seruo.
Exi in vias et sepes et cpelle itrare
ut impleatur dom9 mea. Dico au
te vobis q nemo viroꝝ illoruz q
vocati sunt gustabunt cenam meaz.
Ibat aut turbe multe cu eo et con
uersus dixit ad illos. Si qs venit
ad me et no odit pr̄ez suu et mr̄ez
et vxorem et filios et fratres et soroes
adhuc aut et aiam suam no potest
me9 esse discipul9 Et qui no baiu
lat crucez suam et venit post me no
potest me9 ee discipul9. Quis em
ex vobis volens turrim edificare
no prius sedes coputat suptus q
necessarij sunt. si habeat ad pficie
du ne postea q posuerit fundamē
tu et no potuerit pficere. oms qui
vident icipiant illudere ei dicentes
q hic ho cepit edificare et non po
tuit cfumare. Aut qs rex iturus
comittere bellu aduersus aliu re
ge no sedens pri9 cogitat si possit
cu decem milibz occurrere ei. q cuz
viginti milibz venit ad se. Alioqn
adhuc illo loge agente legacoez
mittes rogat ea q pacis sunt. Sic
ergo oms ex vobis q no renun
ciat oibz que possidet non potest
meus esse discipulus. Bonu e sal
Si aut salq euanuerit in quo co
dietur. Neq in terra neq in ster
quilinium vtile e sed foras mittet.
Qui habz aures audiedi audiat

Erant aut appro Ca. xv.
pinquantes ei publicani et
pccores ut audirent illu. Et mur
muabant pharisei et scribe dicentes
q hic pccores recipit et manducat
cu illis. Et ait ad illos parabolaz
istam dicens. Quis ex vob homo q
habet centu oues et si pdideit vnam
ex illis. none dimittit nonagita
nouem in deserto et vadit ad illam
q perieat donec inueniat eam. Et cu
inuenerit eam. imponit i humeros
suos gaudes et veniens domu co
uocat amicos et vicinos dicens il
lis. Cogratulamini mihi q inue
ni ouem meam q perierat. Dico vobis
q ita gaudiu erit i celo super vno
pccore penitentiam agente q supra

nonagintanouē iustis q̄ nō indi
gēt penitētia. Aut que mulier ha
bens dragmas decem si ꝑdiderit
dragmā vnā: nōne accipit lucer
naz ⁊ euertit domū et querit dili
genť donec inueniat. Et cuz inue
nerit: cōuocat amicas ⁊ vicinas
dicens. Cōgratulamini mihi. q̄a
inueni dragmā quā ꝑdiderā. Ita
dico vobis: gaudiū erit angel' d̄i
sup vno peccatore penitentiā agē
te. Ait aūt. Hō quidā habuit du
os filios ⁊ dixit adolescentior ex
illis patri Pať da m̄ portionē sub
stantie q̄ me ꝯtingit. Et diuisit ill'
substātiā. Et nō post multos dies
ꝯgregatis oīb⁹ adolescentior fili⁹
ꝑegre ꝓfectus ē in regionē lōgin
quā et ibi dissipauit substantiaz
suaz viuendo luxuriose. Et postq̄
oīa ꝯsūmasset: facta est fames va
lida in regione illa ⁊ ipe cepit ege
re. Et abijt et adhesit vni ciuiū re
gionis illius ⁊ misit illū in villaz
suam ut pasceret porcos Et cupie
bat implere ventrē suuz de filiq̄s
quas porci māducabāt et nemo
illi dabat. In se āt reuersus dixit
Q̄nti mercēnarij in domo patris
mei abundāt panib⁹: ego autez
hic fame pereo. Surgam ⁊ ibo ad
p̄rem meū ⁊ dicaz ei. Pať: peccaui
in celū ⁊ corā te: iam nō sū dign⁹
vocari fili⁹ tuus: fac me sicut vnū
de mercēnarijs tuis. Et surgēs ve
nit ad p̄rez suū. Cū aūt adhuc lō
ge eēt vidit illū pať ipsi⁹ ⁊ miseri
cordia motus ē ⁊ accurrēs cecidit
sup collū ei⁹ ⁊ osculatus ē euz. Di
xitq̄ ei filius. Pať: peccaui in celū
⁊ corā te: iaz nō sū dign⁹ vocari fi
lius tu⁹. Dixit aūt pať ad seruos
suos. Cito ꝓferte stolā primā et
induite illū ⁊ date anulū ī manū
ei⁹ ⁊ caltiamenta in pedes eius. Et
adducite vitulū saginatū ⁊ occi
dite ⁊ māducem⁹ ⁊ epulemur. q̄
hic fili⁹ me⁹ mortu⁹ erat ⁊ reuixit
perierat ⁊ inuētus est. Et ceperūt
epulari. Erat aūt fili⁹ ei⁹ senior in
agro. Et cū veniret ⁊ appropīqua
ret domui: audiuit symphoniaz ⁊
choꝝ ⁊ vocauit vnū de seruis ⁊ in
terrogauit q̄ hec eēnt. Isq̄ dixit il
li. Frať tuus venit et occidit pať
tuus vitulū saginatū. q̄ saluū il
lū recepit. Indignatus est aūt ⁊
nolebat introire. Pať ergo illius
egressus cepit rogare illuz. At ille
r̄ndens dixit p̄ri suo. Ecce tot ānis
seruio tibi ⁊ nūq̄ mandatū tuuz
p̄teriui ⁊ nūq̄ dedisti m̄ heduz ut
cū aīcis meis epularer. Sz postq̄
filius tu⁹ hic qui deuorauit sb̄stā
tiaz suā cū meretricib⁹ venit: occi
disti illi vitulū saginatū. At ipse
dixit illi. Fili tu semp mecum es ⁊
oīa mea tua sūt. Epulari āt ⁊ gau
dere oportebat. q̄ frať tuus h̄ mor
tu⁹ erat ⁊ reuixit: perierat et inuē
tus est.

Capitulū. xvi.

Dicebat aūt ⁊ ad discipulos
suos. Hō quidā erat diues
qui habebat villicum: ⁊ hic diffa
matus ē apud illū: quasi dissipas
set bona ipsius. Et vocauit illū et
ait illi. Quid h° audio de te. Red
de racōem villicationis tue. Iam
em̄ nō poteritis villicare. Ait aūt
villicus intra se. Quid fatiam. q̄a
dominus meus aufert a me villi
cationem. Fodere non valeo: mē
dicare erubesco: Scio quid fatiaz
ut cū amotus fuero a villicacōne

recipiant me ĩ domos suas. Con
uocatis itaq; singulis debitorib⁹
dñi sui dicebat primo. Quātū de
bes dño meo. ¶ At ille dixit. Cētuz
cados olei. Dixitq; illi. Accipe cau
cōnem tuā ⁊ sede cito scribe quin
quaginta. Deinde alio dixit Tu ve
ro quātū debes. ¶ Qui ait. Cētum
choros tritici. Ait illi. Accipe lr̄as
tuas ⁊ scribe octoginta. Et lauda
uit dñs villicū iniq̄tatis q̄ prudē
ter fecissz quia filij hui⁹ seculi pru
dētiores filijs lucis in generacōe
sua sūt Et ego vob̄ dico. Facite vo
bis amicos de māmona iniq̄tatis
ut cum defeceritis recipiāt vos in
eterna tabernacula. Qui fidel' est
in minimo ⁊ in maiori fidelis ē et
q̄ in modico iniquus ē ⁊ in maio
ri iniquus est Si ergo in iniq̄ mā
mona fideles nō fuistis q̄d veruz
ē quis credet vob̄. ¶ Et si in alieno
fideles nō fuistis q̄d vestruz ē q̄s
dabit vob̄. ¶ Nemo seruus potest
duob⁹ dñis seruire. Aut em̄ vnū
odiet ⁊ alterꝝ diliget. aut vni ad
herebit ⁊ alterū ɔtēnet. Nō pote
stis dō seruire ⁊ māmone. Audie
bāt aūt oīa hec pharisei q̄ erant
auari ⁊ deidebāt illū. Et ait ill'. Vos
estis q̄ iustificastis vos corā hōi
bus de⁹ aūt nouit corda vestra.
Quia q̄d hōib⁹ altū ē abhomina
cio ē añ deū. Lex ⁊ ꝓphete vsq; ad
iohānem ex eo regnū dei euāgeli
sat̄ ⁊ oīs in illud vim facit. Faci
lius est aūt celū ⁊ terrā preterire
q̄ de lege vnū apicē cadere. Om̄is
q̄ dimittit vxorē suā ⁊ alteraz du
cit mechat̄ ⁊ q̄ dimissam a viro
ducit mechat̄. Homo q̄daz erat
diues q̄ induebatur purpura et
bisso ⁊ epulabat̄ quotidie splē
dide Et erat quidā mendicus no
mine lazarus q̄ iacebat ad ianu
am ei⁹ vlceribꝰ plenus. cupiens
saturari de micis q̄ cadebāt de mē
sa diuitis ⁊ nemo illi dabat. Sz
⁊ canes veniebāt ⁊ lingebant vl
cera ei⁹. Factū est aūt ut morere
tur mēdicus ⁊ portaret̄ ab āgelis
in sinū abrahe. Mortu⁹ est aūt di
ues ⁊ sepultus ē ĩ īferno. Eleuās
autem oculos suos cū esset ĩ tor
mētis vidit abrahā alōge et la
zarum ĩ sinu ei⁹ et ipse clamans
dixit. Pater abrahā miserere mei
et mitte lazarū ut ītinguat extre
mū digiti sui in aquaz. ut refrige
ret linguā meā q̄ crutior ĩ hac flā
ma. Et dixit illi abrahā Fili recor
dare q̄ recepisti bona ĩ vita tua ⁊
lazarus similiter mala. Nūc autē
hic ɔsolatur tu vero crutiaris. Et
in hijs om̄ib⁹ īter nos et vos ca
hos magnū firmatū ē ut hij qui
volūt hinc trāsire ad vos nō pos
sint neq; īde huc trāsmeare Et ait
Rogo ergo te pr̄ ut mittas euz ĩ
domum patris mei. Habeo enim
q̄nq; fratres ut testet̄ ill' ne et ip
si veniant ĩ locum hunc tormēto
rū. Et ait illi abr̄haz. Habēt moy
sen ⁊ ꝓphetas audiant illos. At
ille dixit. Nō pater abrahaz ꝫ si
q̄s ex mortuis ierit ad eos penitē
ciam agēt. Ait aūt illi. Si moysē
⁊ ꝓphetas nō audiunt neq; si q̄s
ex mortuis resurrexerit credēt.

Ca. xvij.

Et ad discipu
los suos ait. Impossibile ē
ut nō veniant scandala. Ve aūt
illi ꝑ quē veniūt. Vtilius est illi
si lapis molaris imponatur circa

collum eius ⁊ ꝓiciatur in mare q̄
ut scādalizet vnū de pusillis istis
Attendite vobis. Si peccauerit in
te frater tuus: increpa illū et si pe
nitētiā egerit: dimitte illi Et si sep
ties in die peccauerit ī te ⁊ septies
in die cōuersus fuerit ad te dicēs
penitet me: dimitte illi. Et dixerūt
apostoli dn̄o Adauge nobis fidē
Dixit aūt domin⁹. Si habueritis
fidē sicut granū sinapis diceretis
huic arbori moro eradicare et tn̄s
plantare in mare ⁊ obediret vob̄
Quis autem vestrum habens ser
uū arātez aut pascentē boues qui
regresso de agro dicat illi statim
trāsi recūbe ⁊ non dicit: para q̄ ce
nē ⁊ precinge te ⁊ ministra mihi
donec manducem ⁊ bibam ⁊ post
hec tu manducabis et bibes. ¶ Nū
quid gratiā habet seruo illi. q̄ fe
cit q̄ ei impauerat. ¶ Nō puto. Sic
et vos cū feceritis oīa q̄ precepta
sūt vob̄ dicite ꝑui inutiles sumus.

Quod debuim⁹ facere fecimus Et
factū est dū iret in iherusalē tran
siebat p mediā samariā ⁊ galile
am. Et cū īgrederet̄ q̄dam castel
lū occurrerūt ei decē viri leprosi.
Qui steterūt alōge ⁊ leuauerunt
vocē dicētes. Jhu p̄ceptor misere
re nostri. Quos ut vidit dixit Ite
ostendite vos sacerdotib⁹. Et fcm̄
est dū irent mūdati sunt. Vnus
aūt ex illis ut vidit q̄ mūdatus
ē regressus est cū mag̃ voce mag
nificās deū. Et cecidit in fatiē āte
pedes ei⁹ gratias agēs. Et hic eāt
samaritan⁹. Rn̄dens autē ihesus
dixit. Nōne decē mūdati sunt. Et
nouē vbi sunt. Nō est inuētus q̄
rediret ⁊ daret gl̄iam deo nisi hic
alienigena Et ait illi. Surge vade
q̄ fides tua te saluū fecit. Interro
gat⁹ aūt a phariseis quādo vēit
regnū dei rn̄dens eis dixit. Nō ve
niet regnū dei cū obseruacōe neq̄
dicent ecce hic ā ecce illic. Ecce em̄
regnū dei intra vos est. Et ait ad
discipulos suos Veniēt dies qn̄
desideretis videre vnū diē filij ho
minis ⁊ nō videbitis. Et dicēt vob̄
Ecce hic ⁊ ecce illic Nolite ire neq̄
sectemini. Nā sicut fulgur chorus
cans de sub celo ī ea q̄ sub celo sūt
fulget ita erit filius hōis ī die sua
Primū aūt oportz illū multa pa
ti ⁊ reprobari a generacōne hac
Et sicut factū est in diebz noe ita
erit ⁊ in dieb⁹ filij hōis. Edebāt ⁊
bibebāt. vxores ducebāt ⁊ dabā
tur ad nupcias. vsq̄ in diē qua ī
trauit noe in archam ⁊ vēit dilu
uiū ⁊ pdidit om̄s Similiter sicut
factū est in dieb⁹ loth. Edebāt ⁊
bibebant ⁊ vēdebāt. plantabant
⁊ edificabāt q̄ die aūt exijt loth
a zodomis: pluit ignē ⁊ sulphur
de celo ⁊ oēs perdidit. Scd̄m hec
erit qua die filius hōis reuelabit̄
In illa hora q̄ fuerit in tecto ⁊ va
sa ei⁹ in domo ne descēdat tollere
illa ⁊ q̄ in agro similit̄ nō redeat
retro. Mēores estote vxoris loth
Quicunq̄ q̄sierit aīam suā saluā
facere pdet illam. Et q̄cunq̄ perdi
derit illaz viuificabit eā. Dico vo
bis in illa nocte erūt duo in lecto
vno vnus assumet̄ et alter relin
quetur. Due erūt molētes in vnū
vna assumet̄ ⁊ altera relinq̄tur.
Duo in agro vnus assumet̄ ⁊ al
ter relinquet̄. Rn̄dentes dicūt illi
Vbi dn̄e. Qui dixit ill̄. Vbicūq̄
fuerit corpus illuc ɔgregabūtur
⁊ aquile. ¶ Ca. xviij.

Dicebat aūt et pabolam ad
illos quoniā oportet semp
orare ⁊ nō deficere dicens. Judex
quidā erat in q̄dā ciuitate q̄ deuz
nō timebat ⁊ hōiez nō reuerebat̄
Vidua aūt quedā erat in ciuita
te illa. ⁊ vēiebat ad eū dicēs. Vin
dica me de aduersario meo Et no
lebat p multū tpus. Post hec āt
dixit intra se. Et si deum nō timeo
nec hōiem reuereor tn̄ quia mole
sta ē mihi hec vidua vindicabo
illaz ne in nouissimo veniēs fug
gillet me. Ait autez dn̄s. Audite
q̄d iudex iniquitatis dicit. Deus
aūt nō faciet vindictā elcōꝝ suo
rū clamātium ad se die ac nocte
Et paciētiaz habebit in ill̄. Dico
vob̄ q̄ cito faciet vindictā illoꝝ.
Verūtamē filius hōis vēiens pu
tas inueniet fidē ī terra. Dixit āt
⁊ ad quosdaz q̄ in se cōfidebant

tanq̄ iusti et aspnabant̄ ceteros
parabolā istā. Duo homines ascē
debāt in templuz ut orarent. vn⁹
pharise⁹ ⁊ alter publican⁹. Pha
riseus stans hec apud se orabat.
Deus grās ago tibi. q̄ non sū sic̄
cetei hominum: raptores. iniusti.
adulteri. velut etiam hic publica
n⁹. Ieiuno bis in sabbato. decīas
do omniū que possideo. Et publi
canus alonge stans nolebat nec
oculos ad celū leuare. sed pcutie
bat pectus suū dicens. De⁹ ꝓpiti⁹
esto mihi peccatori dico vobis: de
scendit hic iustificatus in domuz
suaz ab illo. q̄ omnis qui se exal
tat humiliabit̄ ⁊ qui se humiliat
exaltabit̄. Afferebāt aūt ad illuz
⁊ infātes ut eos tangeret. Q̄d cū
viderēt discipuli īcrepabāt illos
Ihs aūt ꝯuocās illos dixit. Simi
te pueros venire ad me et nolite
vetare eos. Taliū ē em̄ regnū dei.
Amen dico vob. quicūq̄ nō acce
pit regnū dei sicut puer: nō intra
bit in illud. Et interrogauit euz q̄
dam pn̄ceps dicēs. Magister bo
ne quid faciens vitā eternā possi
debo. ⁊ dixit aūt ei ihus. Quid me
dicis bonū. ⁊ Nemo bon⁹ nisi sol⁹
de⁹. Mandata nosti. Non occides.
non mechaberis. nō furtū faties.
non falsū testimoniū dices. hono
ra patrē tuū ⁊ mrēz. Qui ait. Hec
omnia custodui a iuuētute mea.
Quo audito ihus ait ei. Adhuc
vnū tibi deest. Oīa quecūq̄ hēs vē
de ⁊ da paupib⁹ ⁊ habeb̄ thesau
rū in celo ⁊ veni sequere me. Hijs
ille auditis cōtristatus est. q̄a di
ues erat valde. Videns autē ihus
illū tristē factuz dixit Qm̄ difficile
qui pecunias habent in regnū dei
intrabunt. Facilius est em̄ came
lū p foramē acus trāsire q̄ diuitē
intrae in regnū dei. Et dixerūt qui
audiebāt. Et quis pōt salu⁹ fieri. ⁊
Ait illis. Que īpossibilia sūt apud
hoīes: possibilia sunt apud deum
Ait aūt petr⁹. Ecce nos dimisim⁹
om̄ia ⁊ secuti sumus te. Qui dixit
eis. Amen dico vobis nemo ē qui
reliquit domū aut parentes ā fra
tres aut vxorē ā filios ꝓpt̄ regnū
dei ⁊ non recipiat multo plura in
hoc tpe ⁊ in seculo venturo vitaz
eternā. Assumpsit āt ihesus duo
decim ⁊ ait illis. Ecce ascendimus
iherosolimā ⁊ ꝯsūmabūt̄ oīa que
scripta sūt p ꝓphas de filio hoīs.
Tradet̄ em̄ gentib⁹ ⁊ illudet̄ ⁊ fla
gellabit̄ ⁊ ꝯspuet̄ ⁊ postq̄ flagel
lauerint occidēt eū et die tertia re
surget. Et ipi n̄l hoꝝ intellexerūt.
Et erat verbū istud abscōditū ab
eis ⁊ non intelligebant que dice
bant̄. Factū est autē cū appropin
quaret ihericho. cecus quidam se
debat secus viā mendicans. Et cū
audiret turbam p̄tereuntez: inter
rogabat quid hoc esset. Dixerunt
autem ei q̄ ihesus nazaren⁹ tran
siret. Et clamauit dicens. Ihesu fi
li dauid miserere mei. Et qui prei
bant īcrepabant eum ut taceret.
Ipe vero multo magis clamabat
fili dauid miserere mei. Stans au
tem ihesus: iussit illuz adduci ad
se. Et cū appropinquasset: interro
gauit illum dicens. Quid tibi vis
fatiaz. ⁊ At ille dixit. Dn̄e ut videaz
Et ihesus dixit ei. Respice. Fides
tua te saluū fecit. Et ꝯfestim vidit
⁊ sequebat̄ illū magnificās deū.

Et oīs plebs ut vidit dedit laudē
deo.

Ca. xix.

Et ingressus pambulabat
ihericho. Et ecce vir noīe za
cheus ⁊ hic erat pn̄ceps publica
noꝝ ⁊ ipse diues. Et q̄rebat vide
re ihesū quis essꝫ ⁊ nō poterat pre
turba q̄ statura pusill⁹ erat. Et
precurrēs ascēdit in arborem sico
moꝝ ut viderꝫ eū q̄ inde erat trā
siturus. Et cum vēisset ad locum
suspiciēs ih̄us vidit illuꝫ ⁊ dixit
ad eū. Zachee festinās descende
q̄ hodie in domo tua oportet me
manere. Et festinās descēdit ⁊ ex
cepit illū gaudēs. Et cuꝫ viderent
om̄es murmuābāt dicētes q̄ ad
hōiez pccōrē diuertissꝫ. Stās aūt
zache⁹ dixit ad dn̄m. Ecce dimidi
um bonoꝝ meorū dn̄e do paupei
bus et si q̄d aliquez defraudaui
reddo quadrupluꝫ. Ait ihesus ad
eū. Quia hodie salus domui huic
facta est eo q̄ ⁊ ip̄e filius sit abra
he. Venit em̄ filius hōis q̄rere et
saluū facere q̄d perierat. Hec illis
audiētibus adiciens dixit pabo
laꝫ eo q̄ eēt ꝓpe ihrl̄m ⁊ q̄ existi
marēt q̄ ꝯfestim regnū dei mani
festaret. Dixit ergo. Hō q̄dā no
bil' abijt in regionē lōginquam
accipe sibi regnū ⁊ reuerti. Voca
tis aūt decez seruis suis dedit illis
decē mnas ⁊ ait ad illos. Negoci
amini dū vēio. Ciues āt eius ode
rāt illū ⁊ miserūt legacōez post il
lum dicētes. Nolum⁹ hūc regnaē
sup nos. Et factū est ut rediret ac
cepto regno ⁊ iussit vōri seruos
quib⁹ dedit pecuniā ut sciret quā
tū quisq̄ negociatus eēt. Venit
aūt prim⁹ dicēs. Dn̄e mna tua de
cem mnas acq̄siuit. Et ait illi. Eu
ge bone serue q̄ in modico fuisti
fidelis eris potestatē habēs supra
decez ciuitates. Et alter vēit dicēs.
Dn̄e mna tua fecit quīq̄ mnas.
Et huic ait. Et tu esto sup quinq̄
ciuitates. Et alt̄ vēit dicens. Domi
ne ecce mna tua quā habui repo
sitaꝫ in sudario. Timui em̄ q̄ hō
austerus es tollis q̄d nō posuisti
⁊ metis q̄d non seminasti. Dicit
ei De ore tuo te iudico s̄ue nequā
Sciebas q̄ ego homo auster⁹ sū
tollens q̄d nō posui et metēs q̄d
nō seminaui. Et q̄re nō dedisti pe
cuniā meā ad mensaꝫ ⁊ ego veni
ens cū vsuris vtiq̄ exegissez illd̄
Et astantib⁹ dixit Auferte ab illo
mnā ⁊ date illi q̄ decē mnas habꝫ
Et dixer̄t ei. Dn̄e habꝫ decē mnas
Dico aūt vob̄ quia omni habēti
dabitur ab eo aūt q̄ non habꝫ ⁊
q̄d habet auferetur ab eo. Verū
tam̄ inimicos meos illos q̄ nolu
erunt me regnaē sup se adducite
huc ⁊ interficite an̄ me Et hijs di
ctis p̄cedebat ascēdens iherosoli
mā. Et factū est cū approquinq̄ssꝫ
ad bethphage et bethaniam ad
mōtez qui vōtur oliueti misit du
os discipulos suos dicens. Ite in
castellū q̄d ꝯtra vos ē. In quod
introeuntes inuenietis pullū asi
ne alligatū cui nemo vnq̄ hōim
sedit. Soluite illū ⁊ adducite. Et
si quis vos interrogauerit quaē
soluitis sic dicetis ei. Quia domin⁹
operā eius desiderat. Abierūt aūt
q̄ missi erāt ⁊ inuenerūt sic dixit
ill' stantē pullū. Soluētib⁹ autez
illis pullū dixer̄t domini eius ad
illos. Quid soluitis pullum ⁊ At

illi dixerūnt. Quia dñs eū necessa
riū habet. Et duxerūt illū ad ihm
Et iactantes vestimēta sua supra
pullū imposuerūt ihm. Eunte aūt
illo substernebant vestimēta sua
in via. Et cū approp̄inquaret iam
ad descensum mōtis oliueti: cepe
rūt oēs turbe descendentiū gaudē
tes laudare deū voce magna sup
oībus quas viderāt virtutib⁹ di
centes. Bñ dictus qui venit rex in
nomīe dñi: pax in celo & gloria in
excelsis. Et quidam phariseoꝝ de
turbis dixerūt ad illum. Magister
increpa discipulos tuos. Quib⁹
ip̄e ait. Dico vobis. ꝙa si hi tacue
rint lapides clamabunt. Et ut ap
propinquauit videns ciuitatē fleuit
sup illam dicens. Quia si cognouis
ses & tu. Et quidē in hac die tua q̄
ad pacē tibi. nūc autē absc̄ dita
sunt ab oculis tuis. Quia venient
dies in te & circūdabūt te inimici
tui vallo & circūdabunt te & coā
gustabūt te vndiq; & ad terram
p̄sternēt te & filios tuos qui in te
sunt. Et nō relinquent in te lapidē
sup lapidē eo ꝙ nō cognouerīs tē
pus visitacōis tue. Et ingressus in
templū cepit eicere vendētes & emē
tes dicens illis. Scriptū est: quia
domus mea dom⁹ orationis est.
Vos aūt fecistis illā spēluncā la
tronū. Et erat docens quotidie in
templo. Pncipes aūt sacerdotum &
scribe & p̄cipes plebis: querebāt
illū p̄dere & nō inuenebant quid
facerēt illi. Omnis enī populus sus
pēsus erat audiēs illū. Ca. xx.

Et factū ē in vna dieꝝ docen
te illo populū in templo & euā
gelisante: conuenerūt p̄cipes sa
cerdotū & scribe cū seniorib⁹ & aiūt
dicentes ad illū. Dic nob⁹ in qua
potestate hec facis. Aut quis est
q̄ dedit tibi hāc potestatē. Respō
dens aūt ih̄us dixit ad illos. Jn
terrogabo vos & ego vnū verbuꝝ
Rñdete mihi. Baptismū ioh̄is de celo
erat an ex hominib⁹? At illi cogi
tabant intra se dicentes. Quia si di
xerimus de celo dicet. Quare ergo
non credidistis illi. Si aūt dixeri
m⁹ ex hominib⁹ plebs vniuersa
lapidabit nos. Certi sūt enim io
hannez p̄pham eē. Et rñderunt se
nescire vnde eēt. Et ih̄us ait illis.
Neq; ego dico vobis in qua p̄tate
hec facio. Cepit aūt dicere ad ple
bem parabolā hanc. Hō plantauit
vineā & locauit eā colonis & ipse
peregre fuit multis tpibz. Et in tpe
misit ad cultores seruuꝝ ut de fru
ctu vinee darent illi. Qui cesū dimi
serunt eū inanē. Et addidit alte
rū seruū mittere. Illi aūt hūc q̄z ce
dētes & affligentes ꝯtumelia: dimi
serūt inanē. Et addidit tertiū mit
tere q̄ & illū vulnerātes eiecerunt
dixit aūt dñs vinee. Quid faciā?
Mittā filiū meū dilectū: forsitā cū
hunc viderint verebūt. Quē cū vi
dissent coloni cogitauerūt intra
se dicentes. Hic est hēres. Occida
m⁹ illum ut nostra fiat hereditas.
Et eiectū illū extrā vineā occiderūt
Quid ḡ faciet illis dñs vinee? Veniet
& p̄dz colonos istos & dabit vineā
alijs. Quo audito dixerūt illi. Ab
sit. Ille aūt aspitiēs eos ait. Quid
ē ḡ hoc ꝙ scriptū est. lapidē quez
reprobauerūt edificātes. Hic factus
est in caput āguli. Omis q̄ ceciderit sup
illū lapidem conquassabit. supra

quē aūt ceciderit. ꝯminuet illum.
Et querebāt pn̄cipes sacerdotū ⁊
scribe mittere in illū man⁹ illa ho
ra ⁊ timuerūt populū. Cognoue
rūt em̄ ꝙ ad ipōs dixerit silitudi
nez hāc. Et obseruātes miserunt
īsidiatores q̄ se iustos simularēt
ut caperent eū in sermone ut tra
derent illū pn̄cipatui ⁊ potestati
presidis. Et interrogauerūt eū di
centes. Magister scim⁹ qꝛ recte di
cis ⁊ doces ⁊ nō accipis ꝑsonam
ꝫ viā dei in veritate doces. Licz no
bis tributuz dare cesari an non.
Cōsiderās āt dolū illoꝝ dixit ad
eos. Quid me tēptatis. Ostendi
te mihi denariū. Cui⁹ habet yma
ginē ⁊ inscripcōem. Rn̄dētes dix
erūt. Cesaris. Et ait illis. Reddite
ergo que sūt cesaris cesari et que
sūt dei deo. Et nō potuerūt verbuz
eius rep̄hendere corā plebe ⁊ mira
ti in rn̄so eius tacuerūt. Accesserūt
aūt quidā saduceoꝝ. q̄ negāt eē
resurrectionē ⁊ interrogauerūt eū
dicētes. Magister. moyses scrip
sit nob. si frater alicui⁹ mortuus
fuerit habēs vxorē ⁊ hic sine libe
ris fuerit ut accipiat eā frater ei⁹
vxorē ⁊ suscitet semen fratri suo.
Septē ergo fratres erāt et prim⁹
accepit vxorē ⁊ mortuus ē sine fi
lijs. Et sequēs accepit illaz ⁊ ipse
mortuus est sine filio. Et tercius
accepit illam similit̄ ⁊ om̄es sep
tē ⁊ nō reliquerūt semē et mortui
sūt. Nouissime omniū mortua est
et mulier. In resurrectiōe ergo cu
ius eoꝝ erit vxor. Siquidē septez
habuerūt eā vxorē. Et ait ill' ihe
sus. Filij hui⁹ seculi nubūt ⁊ tra
dūt̄ ad nupcias illi vero q̄ digni
hēbūtur seculo illo ⁊ resurrectiōe
ex mortuis neqꝫ nubēt neqꝫ ducēt
vxores neqꝫ vltra mori poterunt.
Equales em̄ angelis sūt ⁊ filij sūt
dei. cū sint filij resurrectiōis. Quia
vero resurgant mortui ⁊ moyses
on̄dit secus rubū sicut dicit dn̄m
deum abrahā ⁊ deū ysaac ⁊ deuz
iacob. Deus aūt nō est mortuoꝝ
sed viuoꝝ. Om̄es enim viuūt ei.
Rn̄dētes aūt quidā scribarū dixe
rūt ei. Magister bn̄ dixisti Et am
plius nō audebāt eū quicq̄ inter
rogare. Dixit autē ad illos. Qūo
dicūt cristū filiū esse dauid ⁊ ip̄e
dauid dicit in libro psalmorum.
dixit dn̄s domino meo sede a dex
tris meis. donec ponaz inimicos
tuos scabellū pedū tuoꝝ. Dauid
ergo dn̄m illū vocat ⁊ qūo filius
eius est. Audiēte aūt oī populo
dixit discipul' suis. Attēdite a scri
bis q̄ volunt ambulaē in stolis ⁊
amāt salutacōes in foro ⁊ p̄mas
cathedras in sinagogis ⁊ p̄mos
discubitus in cōuiuijs. Qui deuo
rāt domos viduarū simulātes lō
gā oracōez. Hij accipiēt dānacō
nem maiorē. Ca. xxi.

Respiciēs aūt vidit eos qui
mittebāt muneā sua in ga
zophilatiū diuites. Vidit aūt et
quādā viduā pauꝑculaz mitten
tē era minuta duo. Et dixit. Vere
dico vob' qꝛ vidua hec pauꝑ pl⁹
q̄ oēs misit. Nā om̄es hij ex abū
danti sibi miserūt in munera dei
hec aūt ex eo qd̄ deest illi oēm vi
ctū suū quez habuit misit. Et qui
busdā dicentibz de tēplo ꝙ bonis
lapidibus et donis ornatū esset
dixit. Hec q̄ videtis veniēt dies ī

quibꝫ non relinquet̃ lapis sup la
pidẽ qui non destruat̃. Interroga
uerũt aũt illũ dicẽtes. Preceptor
qñ hec erũt et qđ signũ cũ fieri in
cipiẽt. Qui dixit. Videte ne sedu
camini. Multi em̃ venient in noĩe
meo dicentes qꝛ ego sũ et tp̃s ap
propinq̃uit. Nolite ire post eos.
Cũ aũt audieritis prelia ⁊ sedicõ
nes: nolite terreri. Oportet p̃mum
hec fieri. sed nondũ statim finis.
Tunc dicebat illis. Surget gens
cõtra gentem ⁊ regnũ adu̅sus re
gnũ ⁊ terremotus magni erũt p
loca ⁊ pestilẽtie ⁊ fames. t̃roresq̃
de celo ⁊ signa magna erũt Sꝫ añ
hec oĩa initiẽt vobis manꝰ suas ⁊
p̃sequent̃ tradẽtes in synagogas
⁊ custodias: trahẽtes ad reges ⁊
p̃ fides ꝓpt̃ nomẽ meũ. Continget
aũt vob̃ in testimoniũ. Ponite g̃
in cordibꝰ vestris nõ p̃meditari
quemadmodũ r̃ndeatis. Ego em̃
dabo vobis os ⁊ sapientiã: cui nõ
poterũt resistere ⁊ cõtradicere oẽs
aduersarij vestri. Tr̃demini aũt
a p̃ntibꝰ ⁊ fratribꝰ ⁊ cognatis ⁊
amicis ⁊ morte affitient ex vobis
Et eritis odio omnibus ꝓpter no
men meum. Et capillus de capite
vestro non p̃ibit. In patientia ve
str̃ possidebitis aĩas vestras. Cũ
aũt videritis circũdari ab exẽcitu
ihr̃lm tũc scitote qꝛ appropinq̃uit
desolacõ eiꝰ. Tũc q̃ in iudea sũt fu
giant ad mõtes ⁊ q̃ in medio eiꝰ
discedãt ⁊ q̃ in regionibꝰ nõ ĩtrẽt
ĩ eã. qꝛ dies vlcõis hij sũt ut ĩpleãt̃
oĩa q̃ scripta sũt. ve ãt p̃gnãtibꝫ ⁊
nutẽtibꝰ ĩ ill̃ diebꝰ. Erit ei p̃ssura
mag̃ sup terrã ⁊ ira ꝓp̃lo huic. Et
cadẽt ĩ ore gladij ⁊ captiui ducen
tur ĩ oẽs gẽtes. Et ihr̃lm calcabi
tur a gẽtibꝫ donec impleant̃ tẽpa
nationũ. Et erũt signa ĩ sole et lu
na ⁊ stell̃ ⁊ in terris p̃ssura gẽtiũ
p̃ ꝯfusiõe sonitꝰ maris ⁊ fluctuũ
arescentibꝰ hoĩbꝫ p̃ timore ⁊ expe
ctatione q̃ supueniẽt vniuerso or
bi. Nã v̄tutes celoꝝ mouebũtur.
Et tũc videbũt filiũ hoĩs venientẽ
ĩ nube cũ ptãte magna ⁊ maiesta
te. Hijs aũt fieri incipiẽtibꝫ: respi
cite ⁊ leuate capita vr̃a. qm̃ appro
pinq̃t redẽptio vr̃a. Et dixit illis si
militudinẽ. Videte ficulneã ⁊ oẽs
arbores cũ ꝓducũt iã ex se fructũ
scitis qm̃ ꝓpe est estas. Ita ⁊ vos
cũ videritis hec fieri. scitote qm̃ ꝓ
pe ẽ regnũ dei. Amẽ dico vobis. qꝛ
nõ p̃teribit gn̄atio hec donec oĩa
fiãt. Celũ ⁊ terra trãsibũt. verba
aũt mea nõ trãsibũt. Attẽdite ãt
vob̃ ne forte grauẽt̃ corda vr̃a in
crapula ⁊ ebr̃etate ⁊ curis huiꝰ vi
te ⁊ supueniet ĩ vos repẽtina dies
illa Tanq̃ laqueꝰ em̃ supueniet
in oẽs q̃ sedent sup fatiẽ oĩs terre
Vigilate ergo oĩ tp̃e orantes ut
digni habeamini fugere ista oĩa
q̃ futura sunt ⁊ stare añ filiũ hoĩs
Erat autẽ diebꝰ docens in tẽplo:
noctibꝰ vero exiens morabatur ĩ
mõte q̃ vocat̃ oliueti. Et omnis po
pulꝰ manicabat ad eum in tẽplo
audire eum. Ca. xxij.

Appropinq̃bat autẽꝫ dies fe
stꝰ azimorũ q̃ dicit̃ pascha
Et querebant principes sacerdo
tum ⁊ scribe quomodo eum inter
ficerent: timebant vero plebem.
Intrauit autem sathanas in iu
dam qui cognominabatur scari
oth. vnum de duodecim ⁊ abijt

et locutus ē cū pn̄cipibꝫ sacerdotū et
magistratibus quēadmodū illū
traderet eis. Et gauisi sūt et pacti
sunt pecuniā illi dare. Et spopōdit
et querebat oportunitatē ut trāde
ret illū sine turbis. Venit aūt di
es azimoꝝ ī q̄ necesse erat occidi
pascha. Et misit petrū et iohānez
dicēs. Eūtes pate nob̄ pascha ut
manducem⁹. At illi dixerūt. Vbi
vis parem⁹. Et dixit ad eos. Ecce
introeūtibꝫ vob̄ in ciuitatē occur
ret vobis hō amphorā aque por
tans seq̄mini eū in domū in quā
intrat et dicetis patrifamilias do
mus. Dicit tibi magister. Vbi ē
diuersoriū vbi pascha cuꝫ disci
pulis meis māducē. Et ipse ostē
det vobis cenaculū magnū stratū
et ibi pate. Eūtes aūt inuenerunt
sicut dixit illis et pauerūt pascha
Et cū facta esset hora discubuit et
duodecim apostoli cū eo Et ait ill̄
Desiderio desideraui hoc pascha
māducare vobiscū anteq̄ patiar
Dico em̄ vob̄ q̄ ex hoc nō mādu
cabo illud donec impleat̄ ī regno
dei. Et accepto calice gratias egit
et dixit Accipite et diuidite int̄ vos
Dico em̄ vob̄ q̄ nō bibā de geneā
cōne vitis donec regnū dei vēiat
Et accepto pane grātias egit et fre
git et dedit eis dicēs. Hoc ē corp⁹
meū q̄d pro vobis datur. Hoc fa
cite in meā ꝯmemoracōez Simili
ter et calicē postq̄ cenauit dicens
Hic ē calix nouū testamentū ī sā
guine meo q̄ pro vob̄ fūdetur. Ve
rūtamē ecce man⁹ tradētis me me
cū est in mensa. Et quidē filius ho
minis scd̄m q̄ definitum ē vadit.
Verūtamē ve hōi illi p quē trade
tur. Et ipsi ceperūt querere inter se
q̄s eēt ex eis q̄ hoc facturus esset
Facta ē aūt et ꝯtentio int̄ eos q̄s
eorū videret̄ esse maior Dixit aūt
eis. Reges gēciū dominātur eorū
et qui ptātez habēt sup eos bene
fici vocant̄. Vos aūt nō sic. Sed
q̄ maior ē in vob̄ fiat sicut minor
et qui precessor ē sicut ministr̄tor.
Naꝫ quis maior est. Qui recūbit
an q̄ ministr̄t. Nōne q̄ recūbit.
Ego aūt in medio vr̄m sū sicut q̄
ministrat. Vos aūt estis q̄ pmā
sistis mecū in tēptacōibus meis.
Et ego dispono vob̄ sic̄ disposuit
mihi pater me⁹ regnū ut edatis
et bibatis sup mēsā meā ī regno
meo et sedeatis sup thronos duo
decī iudicātes duodecim tribus
israhel. Ait aūt dn̄s symoni. Sy
mō ecce sathanas expetiuit vos
ut cribraret sicut triticū. Ego aūt
rogaui pro te ut nō deficiat fides
tua. Et tu aliqn̄ ꝯuersus ꝯfirma fra
tres tuos Qui dixit ei. Dn̄e tecum
patus sū et in carcerez et in mortez
ire. Et ille dixit. Dico tibi petre nō
cantabit hodie gallus. donec ter
abneges nosse me. et dixit eis.
Qn̄ misi vos sine sacculo et pera et
calciamētis nūquid aliq̄d defuit
vob̄. At illi dixerūt. Nihil. Dixit
ergo eis Sed nūc q̄ habꝫ sacculū
tollat similiter et perā. et qui non
habet vendat tunicā suā et emat
gladiū. Dico enim vob̄ quoniaꝫ
adhuc hoc q̄d scriptū est oportꝫ
impleī in me et q̄ cū iniquis depu
tatus est. Etenī ea q̄ sunt de me fi
nē habēt At illi dixerūt. Dn̄e ecce
duo gladij hic. At ille dixit eis.
Satis est. et egressus ibat scd̄m

ꝯsuetudinem in montē oliuarꝝ. Se
cuti sunt aūt illū ⁊ discipuli. Et cū
puenisset ad locū: dixit illis. Ora
te ne intretis in temptacōnem. Et
ipe auulsus ē ab eis quantū iactꝰ
est lapidis et positis genibꝰ ora
bat dicens. Pater: si vis transfer
calicē istū a me. Verūtamen non
mea volūtas. ꝫ tua fiat. Apparuit
aūt illi angelus de celo cōfortans
eū. Et factus in agonia ꝓlixiꝰ ora
bat. Et factꝰ est sudor eiꝰ sicut gut
te sāguinis decurrētis in terrā. Et
cū surrexisset ab oratione ⁊ venis
set ad discipulos suos: iueīt eos
dormientes ꝑ tristitia. Et ait illis.
Quid dormitis. Surgite orate ne
intretis in tēptacōem. Adhuc eo
loquēte: ecce turba ⁊ qui vocaba
tur iudas vnꝰ de duodecim ante
cedebat eos ⁊ appropinquāuit ihesu
ut oscularet eū. Ihus aūt dixit il
li. Iuda: osculo filiū hoīs tradis.
Vidētes aūt hij q̄ circa ipm erāt
qd futurꝝ erat: dixerūt ei. Dñe si ꝑ
cutimꝰ in gladio. Et ꝑcussit vnꝰ
ex illis seruū ꝑncipis sacerdotū et
amputauit auriculā eiꝰ dexteram
Rñdens āt ihesus ait. Sinite Vsqꝫ
huc. Et cū tetigisset auriculā eius
sanauit eū. Dixit aūt ihs ad eos
qui venerāt ad se ꝑncipes sacerdo
tū ⁊ magistratus tēpli ⁊ seniores
Quasi ad latronem existis cū gla
diis ⁊ fustibꝰ. Cū q̄tidie vobiscū
fuerim in templo: nō extendistis
manꝰ ī me. Sꝫ hec ē hora vestra ⁊
ptās tenebrarꝝ Comprehendētes
autem eum: duxerūt ad domū ꝑn
cipis sacerdotum. petrus vero se
quebatur alonge. Accenso autē
igne in medio atrij ⁊ circumsedē
tibus illis: erat petrus in medio
eorū. Quem cum vidisset ancilla
quedā sedentē ad lumen ⁊ eum fu
isset ītuita dixit. Et hic cū illo erāt
At ille negauit eū dicens. Mulier
non noui illū Et post pusillū aliꝰ
videns eum dixit. Et tu de illis es.
Petrus vero ait. O homo non sū
Et interuallo facto quasi hore vni
us. alius quidam affirmabat di
cens. Vere ⁊ hic cum illo erat nā
et galileus est. Et ait petrus. Hō
nescio qui dicis. Et continuo ad
huc illo loquēte cantauit gallus
Et conuersus dominꝰ respexit petrꝝ.
Et recordatus est petrꝰ verbi dñi
sicut dixerat. qꝛ priusq̄ gallus cā
tet: ter me negabis. Et egressus fo
ras petrꝰ fleuit amare. Et viri qui
tenebāt illū illudebāt ei cedentes
Et velauerūt eū ⁊ ꝑcutiebāt fatiē
eiꝰ ⁊ interrogabāt eum dicētes. Pro
phetisa. Quis est qui te percussit.
Et alia multa blasphemātes dice
bant in eum. Et ut factus est dies
conuenerūt seniores plebis ⁊ ꝑn
cipes sacerdotū ⁊ scribe ⁊ duxerūt
illū in consiliū suū dicentes. Si tu
es cristꝰ dic nobis. Et ait illis. Si
vob dixero nō credetis mihi. si aūt
⁊ interrogauero nō rñdebitis m̄.
neqꝫ dimittetis. Ex hoc aūt erit fi
lius hominis sedēs a dextris virtu
tis dei. Dixerūt aūt omnes. Tu er
go es filius dei. Qui ait. Vos di
citis: qꝛ ego sum. At illi dixerunt.
Quid adhuc desideramꝰ testimo
nium. Ipsi enim audiuimus de
ore eius.

Capitulū. xxiij.

Et surgēs omnis multitudo
eorū duxerūt illū ad pilatū
Ceperūt aūt accusare illū dicentes

Hūc inuenim⁹ subuertētez gētez
nostram ⁊ ꝓhibētē tributa dari
cesari ⁊ dicentē se cristū regez esse
Pylat⁹ aūt interrogauit eum di
cens Tu es rex iudeorum. At ille
rn̄dens ait. Tu dicis. Ait autem
pylatus ad pn̄cipes sacdotū ⁊ tur
bas Nihil inuenio cause ī hoc ho
mine At illi inualescebāt dicētes
Cōmouit populū docens ꝑ vniū
sam iudeā incipiēs a galilea vsqz
huc. Pylat⁹ aūt audiēs galileā
interrogauit si hō galileus esset.
et ut cognouit ꝙ de herodis po
testate eēt. remisit eū ad herodē q̄
⁊ ipse iherosolimis erat ill' diebz
Herodes aūt viso ihesu gauisus
est valde. erat enī cupiēs ex mul
to tēpe vidē eū eo ꝙ audiret mł
ta de eo ⁊ sperabat signū aliquod
videre ab eo fieri. Interrogabat
aūt illū multis sermonib⁹ at ipe
nihil illi rn̄debat. Stabāt autem
pn̄cipes sacerdotū ⁊ scribe ꝯstāter
accusātes eū. Spreuit autē illū he
rodes cū exercitu suo ⁊ illusit īdu
tū veste alba ⁊ remisit ad pylatū
Et facti sunt amici herodes ⁊ py
latus in ipa die nā antea inimici
erāt ad inuicē. Pylatus autē cō
uocatis pn̄cipibz sacerdotū ⁊ ma
gistratibus ⁊ plebe dixit ad illos
Obtulistis mihi hūc hōiez quasi
auertētez populū ⁊ ecce ego coraz
vobis interrogās. nullā causam
inuenio ī hōie isto ex hijs in q̄b⁹
eū accusatis. Sed neqz herodes.
Nā remisi vos ad illū ⁊ ecce nihil
dignū morte actū ē ei. Emendatū
ergo illuz dimittā. Necesse autez
habebat dimittē eis ꝑ diē festuz
vnū. Exclamauit aūt simul vniū
sa turba dicens. Tolle hūc et di
mitte nob' barrabā. Qui erat ꝓpt
sedicōnem quādā factā in ciuita
te ⁊ homicidiū missus in carcerez
Iterū aūt pylatus locut⁹ est ad
eos volens dimittere ihm. At illi
succlamabāt dicentes. Crucifige
crucifige eū. Ille autē tercio dixit
ad illos. Quid em̄ malefecit iste.
Nullā causā mortis inuenio ī eo.
Corripiā ergo illū ⁊ dimittaz. At
illi instabāt vocibus magnis po
stulantes ut crucifigeret et inua
lescebāt voces eoꝝ. Et pylat⁹ ad
iudicauit fieri peticōez eoꝝ. Dimi
sit aūt illis eū qui ꝓpter homicidi
um ⁊ sedicōnem missus fuerat in
carcerē quē petebāt. ihesū vero tr̄
didit volūtati eorū. Et cū ducerēt
eū apprehēderūt symonē quēdaz
cyrenensē veniētē de villa ⁊ īposu
erūt illi crucē portaē post ihesū. Se
quebat aūt illuz multa turba po
puli ⁊ mulierū q̄ plangebāt ⁊ la
mētabant eū Conuersus aūt ad
illas ihesus dixit. Filie iherusalez
nolite flere sup me sed sup vosip
sas flete ⁊ sup filios vestros Qm̄
ecce veniēt dies in quibz dicent.
Bt̄e steriles ⁊ ventres q̄ nō genu
erūt ⁊ vbera que nō lactauerunt.
Tūc incipiēt dicere mōtib⁹ cadi
te sup nos ⁊ collibz operite nos.
Quia si in viridi ligno hec faciūt
in arido quid fiet. Ducebātur āt
⁊ alij duo nequā cū eo ut interfi
cerentur. Et postq̄ venerūt in locū
qui vocat caluarie. vbi crucifixe
runt eū ⁊ latrones vnū a dextris
⁊ alterū a sinistris. Ihus autē di
cebat. Pater dimitte illis Nō em̄
sciūt quid faciūt. Diuidētes vero

vestimenta eius miserunt sortes
Et stabat populus expectās ⁊ de
ridebant eū pn̄cipes cū eis dicen
tes Alios saluos fecit: se saluū fa
tiat. si hic est xp̄us dei electus. illu
debant aūt ei ⁊ milites accedētes
⁊ acetū offerētes ei dicentes Si tu
es rex iudeoꝝ saluū te fac. Erat āt
⁊ sup̄scripcō scripta sup eū litteis
grecis ⁊ latinis ⁊ hebraicis. hic ē
rex iudeoꝝ. Vnus aūt de hijs qui
pendebant latronibꝫ blasphema
bat eū dicēs. Si tu es cristꝰ saluū
fac teip̄m ⁊ nos. Rn̄dens aūt alt̄
increpabat eū dicens. Neq̄ tu ti
mes deū q̄ in eadē dānatione es.
Et nos q̄dez iuste: nā digna factis
recipimꝰ. Hic vero nihil mali ges
sit. Et dicebat ad ih̄ꝫ. Dn̄e: memē
to mei cū veneris in regnū tuū. Et
dixit illi ih̄us. Amen dico tibi. ho
die mecū eris in paradiso. Erat aūt
fere hora sexta ⁊ tenebre facte sūt
in vniuersā terrā vsq̄ in horā no
nā. Et obscuratus est sol ⁊ velum
templi scissum est medium. Et cla
mans voce magna ih̄us ait. Pa
ter in manꝰ tuas ꝯmendo spiritū
meū. Et hec dicens expirauit. Vi
dens aūt cēturio qd̄ factū fuerat:
glorificauit deū dicens. Vere hic
homo iustus erat. Et ōnis turba
eoꝝ qui simlꝰ aderant ad spectacu
lū istud ⁊ videbant q̄ fiebant: per
cutientes pectora sua reuertebant̄
Stabāt autē oēs noti eiꝰ alonge
⁊ mulieres que secute eū erant a
galilea hec vidētes. Et ecce vir no
mine ioseph qui erat decurio vir
bonus ⁊ iustus. hic non ꝯsenseāt
ꝯsilio ⁊ actibꝰ eoꝝ ab arimathia
ciuitate iudee qui expectabat ⁊ ip
se regnuꝫ dei. Hic accessit ad pila
tū ⁊ pecijt corpus ihesu ⁊ depositū
inuoluit syndone ⁊ posuit eum in
monumēto exciso in quo nondū
quisq̄ positus fuerat. Et dies eāt
pasceues ⁊ sabbatū illucescebat.
Subsecute autē mulieres que cuꝫ
eo venerant de galilea viderunt
monumentū et quemadmoduꝫ
positū erat corpus eius ⁊ reuertē
tes parauerūt aromata ⁊ vnguē
ta ⁊ sabbato quidem siluerūt s̄m
mandatū. Capitulū. xxiiij.
Vna autē sabbati valde dilu
culo venerūt ad monumen
tū portātes q̄ parauerūt aromata
⁊ inuenerūt lapidē reuolutū a mo
numento ⁊ ingresse nō inuenerūt
corpꝰ dn̄i ih̄u. Et factū ē dū mēte
ꝯsternate eēnt de isto. ecce duo vi
ri steterūt secus illas ī veste fulgē
ti. Cū timerēt āt ⁊ declīarēt vultū
ī terrā dixerūt ad illas. Quid q̄ritis
viuētē cū mortuis. Nō ē h̄. s̄ surre
xit. Recordamini q̄liter locutus ē
vob̄ cū adhuc in galilea eēt dicēs
Quia oportet filiū hom̄is tradi in
manꝰ hominū pctōꝝ ⁊ crucifigi ⁊
die tertia resurgere. Et recordate
sūt verboꝝ eiꝰ ⁊ regresse a monu
mēto nūtiauerūt hec oīa illis vn
decī ⁊ ceteris oībꝰ. Erat aūt maia
magdalene ⁊ iohāna ⁊ maria ia
cobi ⁊ cetere que cum eis erant q̄
dicebant ad apostolos hec. Et vi
sa sunt ante illos sicut deliramen
tū verba ista et non crediderunt
illis. Petrus autē surgens cucur
rit ad monumentum et procum
bens vidit lintheamina sola posi
ta ⁊ abijt secum mirans quod fa
ctū fuerat. Et ecce duo ex illꝰ ibāt

ipa die in castellū qd erat in spa
cio stadiorū sexaginta ab iheru
salē noīe emaus ⁊ ipsi loquebā
tur adinuicē de hijs oībus q̄ ac
ciderāt. Et factū est dū fabularen
tur ⁊ secū quererēt ⁊ ipse ihs ap
ꝓpinquās ibat cū illis. Oculi aūt
illoꝝ tenebant ne eū agnoscerēt
Et ait ad illos. Qui sūt hij sermo
nes quos cōfertis adinuicē ābu
lantes ⁊ estis tristes. Et rn̄dens
vnus cui nom̄ cleophas dixit ei
Tu solus pegrim⁹ es in iherusalē
⁊ nō ꝯgnouisti q̄ facta sunt ī illa
hijs diebꝫ. Quibꝫ ille dixit. Que.
Et dixerūt. De ihu nazareno qui
fuit vir ꝓpheta potēs in ope ⁊ ser
mone coraꝫ deo ⁊ oī ꝓplo. Et qūo
eū tradiderunt sūmi sacerdotes ⁊
pn̄cipes nostri in dānacōnē mor
tis ⁊ crucifixerūt eū. Nos aūt spe
rabam⁹ qꝛ ipse esset redēpturus
israhel. Et nūc sup hec omnia ter
cia dies ē hodie. ꝙ hec facta sunt
Sꝫ ⁊ mulieres quedaꝫ ex nostris
terruerūt nos q̄ añ lucem fuerūt
ad monumentū ⁊ nō inuēto cor
pore eius venerūt dicētes se etiaꝫ
visionē āgeloꝝ vidisse qui dicūt
eū viuere et abierūt quidā ex no
stris ad monumētū ⁊ ita inuene
rūt sic mulieres dixerūt ipsū vero
nō inuenerūt. Et ipe dixit ad eos
O stulti ⁊ tardi corde ad credēduꝫ
in oībꝫ q̄ locuti sūt ꝓphete. Nōne
hec oportuit pati xp̄m ⁊ ita intra
re ī gloriā suā. et incipiēs a moy
se et omnib⁹ ꝓphetis interpreta
bat ill' in omnibus scripturis q̄
de ipso erāt. Et appropinq̄uerunt
castello quo ibāt ⁊ ipe se finxit lō
gius ire. Et coegerūt illū dicētes.

Mane nobiscuꝫ quoniā aduespe
rascit ⁊ inclīata est iā dies. Et intr̄
uit cum ill'. Et factū est dū recūbe
ret cum eis accepit panē et bene
dixit ac fregit ⁊ porrigebat ill'. Et
apti sūt oculi eorū ⁊ cognouerūt
eū ⁊ ipse euanuit ex ocul' eoꝝ. Et
dixerūt adinuicē. Nōne cor nr̄m
ardēs erat ī nob' dū loq̄ret ī via ⁊
aperiret nobis scripturas. Et fur
gētes eadē hoā regressi sūt ī iheru
salem ⁊ inuenerūt ꝯgregatos vn
decim ⁊ eos q̄ cum ill' erant dicen
tes ꝙ surrexit dn̄s vere ⁊ apparuit
symoni. Et ipsi narrabāt que ge
sta erāt in via ⁊ qūo cognouerūt
eū in fractione panis. Dū autem
hec loquūtur stetit ihs in medio
eorū ⁊ dixit. Pax vobis. Ego sum
nolite timere. Conturbati vero ⁊
cōterriti existimabāt se spiritum
videre. Et dixit eis. Quid turbati
estis ⁊ cogitacōes ascendūt ī cor
da vestra. Videte manus meas
⁊ pedes qꝛ ego ipse sū. Palpate ⁊
⁊ videte qꝛ spūs carnē ⁊ ossa nō
habet sic me videtis habere. Et cū
hoc dixissꝫ ostēdit eis man⁹ ⁊ pe
des. Adhuc aūt ill' nō credētibus
⁊ mirātib⁹ pre gaudio dixit. Ha
betis h aliq̄d qd māducet. At il
li obtulerūt ei ptem piscis assi et
fauū mell'. Et cū māducassꝫ corā
eis sumēs reliq̄as dedit eis Et dix
it ad eos. Hec sūt verba q̄ locut⁹
sū ad vos cū adhuc essem vobis
cū quoniā necesse ē implei om̄ia
q̄ scripta sūt in lege moysi ⁊ ꝓphe
tis ⁊ psalmis de me. Tūc aperuit
ill' sēsū ut intelligerent scripturās
⁊ dixit eis. Quoniā sic scriptū ē ⁊
sic oportebat xp̄m pati ⁊ resurgē

a mortuis tertia die ⁊ predicare ī nomine eius penitentiā ⁊ remissionem peccatorꝫ in omnes gentes incipiētibꝫ ab iherosolima. Vos autem testes estis horum. Et ego mittam promissum patris mei in vos. vos aūt sedete ī ciuitate quo adusqꝫ induamini virtute exalto Eduxit aūt eos foras in bethaniā ⁊ eleuatis manibꝰ suis benedixit eis. Et factum est duꝫ benediceret illis recessit ab eis ⁊ ferebat̄ in celum. Et ip̄i adorātes regressi sunt ī ihr̄lm cū gaudio magno ⁊ erāt semper in templo laudantes ⁊ benedicētes deū amē.

Explicit euangeliū ſm Lucā.

Incipit prologus in euangeliuꝫ scd̄m Johannem.

Hic est iohes euāgelista vnꝰ ex discipulis domini qui v̄go a deo electus ē quez de nupciis volentez nubere vocauit deus. Cui virginitatis in hoc duplex testimonium datur in euangelio ꝙ et pre ceteris dilectus a deo dicit̄ ⁊ huic matrem suam de cruce cōmendauit dominus ut virginem virgo seruaēt. Deniqꝫ manifestans in euāgelio ꝙ erat ipse incorruptibilis verbi opus inchoans: solus verbum carnem factum eē nec lumē a tenebris comprehensū fuisse testatur. primū signuꝫ ponens qd̄ ī nupciis fecit dominus ostēdens ꝙ ipse erat ut legentibus demonstraēt ꝙ vbi dominus inuitatus sit deficere nuptiarum vinuꝫ debeat ⁊ veteribus immutatis: noua omnia que a cristo instituuntur appareant. Hoc autez euangeliū scripsit ī asia posteaq̄ ī pathmos insula apocalipsim scripserat ut cui ī p̄ncipio canoīs īcorruptibile p̄ncipiū prenotat̄ ī genesi. ei etiā incorruptibilis finis per virginez in apocalipsi redderetur dicente cristo ego sum alpha et o. Et hic est iohannes qui sciens superuenisse diem recessus sui: conuocatis discipulis suis in epheso: per multa signoruꝫ experimenta ꝓmens cristum descendens in defossum sepulture sue locum facta oratione positus est ad patres suos taꝫ extraneus a dolore mortis q̄ a corruptione carnis inuenitur alienus Tamen post omnes euangelium scripsit et hoc virgini debebatur. Quorum tamen vel scriptorū temporis dispositio vel librorum ordinacō ideo a nobis per singula nō exponitur: ut sciendi desiderio collato ⁊ querentibus fructus laboris ⁊ d̄o magisterij doctrina ſueē.

Explicit prologus. Incipit euāgeliū scd̄m Johem.

In principio erat verbum ⁊ verbū erat apud deum ⁊ deus eāt verbū Hoc erat in p̄ncipio apd̄ deū Oīa p ip̄ꝫ facta sūt ⁊ sine ipō factū ē nl̄ Qd̄ factuꝫ est in ipō vita erat ⁊ vita erat lux hominum ⁊ lux in tenebris lucet et tenebre eam non cōprehenderunt. Fuit homo missus a deo cui nomen erat iohannes.

hic vēit ī testimoniū ut testimo
niuz phiberet de lumine ut omēs
crederent p illū · nō erat ille lux ſ
ut testimoniū phiberz de lumine
Erat lux vera q̄ illuminat oēm ho
minē vēientē in hunc mūduz · In
mūdo erat a mūdus p ipsū fact⁹
ē a mūdus eum nō cognouit In
ppria vēit a sui eū nō receperunt ·
Quotq̄t aūt receperūt eū · dedit eis
potestatē filios dei fieri hijs q̄ cre
dūt in noīe eius · Qui nō ex sāgui
nibus neq̄ ex voluntate carnis ne
q̄ ex voluntate viri sed ex deo na
ti sūt Et verbū caro factum ē a ha
bitauit in nob · Et vidim⁹ gloriaz
ei⁹ gloriaz quasi vnigenitū a pre
plenū gratie a veritatis · Johan
nes testimoniū phibet de ipso et
damat dicēs Hic ē quez dixi qui
pt⁹ me vēturus ē · añ me factus ē
q̄ prior me erat · Et de plenitudie
eius nos oēs accepim⁹ a graci
am p gr̄ciā q̄ lex p moysen data
est gratia a veritas p ihesū cristū
facta ē · Deum nemo vidit vnq̄ ·
Vnigenitus filius q̄ ē in sinu pa
tris ipse enarrauit · Et hoc ē testi
monū iohānis qñ miserūt iudei
ab ihero solimis sacerdotes a leui
tas ad eū ut interrogarēt eū Tu
quis es · Et cōfessus ē a nō nega
uit · Et confessus ē q̄ nō sum ego
xp̄s · Et interrogauerūt eū · Quid
ergo · Helias es tu · Et dixit · Nō
sum · Probeta es tu · Et rndit Nō
dixerūt ergo ei · Quis es ut rnsuz
demus hijs q̄ miserūt nos · Quid
dicis de te ipso · Ait · Ego vox da
mātis in deserto dirigite viā dñi
sicut dixit ysaias pphēta Et q̄ miſ
si fuerāt erāt ex phariseis · Et int
rogauerūt eū a dixerunt ei · Quid
ergo baptisas si tu nō es xp̄s ne
q̄ helias neq̄ pphēta · Respondit
eis iohānes dicēs · Ego baptiso ī
aqua medius āt vīm stetit quē
vos nescitis Ipse ē qui pt⁹ me vē
turus est q̄ añ me factus ē cuius
ego nō sum dign⁹ ut soluā eius
corrigiā calciamēti · Hec in betha
nia facta sūt trās iordanem vbi
erat iohannes baptisās · Altera
die vidit iohānes ihm vēientem
ad se a ait · Ecce agn⁹ dei ecce qui
tollit pecata mūdi · Hic ē de quo
dixi · Post me vēit vir q̄ añ me fa
ctus ē q̄ prior me eāt a ego nesci
ebā eū · Sed ut manifestet̄ in isra
hel pterea vēni ego in aqua bap
tisās · Et testimoniuz phibuit io
hānes dicens · Quia vidi spūm
descendētem quasi colūbā de celo
a mansit sup eū · Et ego nesciebā
eū sed q̄ misit me baptisare in aq̄
ille mihi dixit · Sup quez videris
spūm descēdentem a manētez sup
eū hic ē qui baptisat ī spūsācto ·
Et ego vidi a testimoniū phibui
q̄ hic est filius dei · Altera die ite
rū stabat iohānes a ex discipul
eius duo · Et respiciēs ihm ambu
lantē dixit · Ecce agn⁹ dei · Et audi
erūt eū duo discipuli loquētez et
secuti sūt ihm · Cōuersus aūt ihe
sus a vidēs eos sequētes se dicit
eis · Quid queritis · Qui dixerunt
ei · Rabbi q̄ dr interpretatū ma
gister vbi habitas · Dicit eis Ve
nite a videte Venerūt a viderunt
vbi maneret a apud eū māserūt
die illo · Hora aūt erat quasi dec
ma · Erat āt andreas frater symo
nis petri vn⁹ ex duobz q̄ audierāt

a iohāne ⁊ secuti fuerāt eū. Inue
nit hic primū fratrē suū symonē
⁊ dicit ei. Inuenim⁹ messiam: qđ
est interpretatū cristus. Et addu
xit eū ad ihesū. Intuitus aūt eum
ihus dixit: Tu es symon filius io
hāna: tu vocaberis cephas qđ in
terpretat̄ petrus. In crastinuz vo
luit exire in galileā ⁊ inuenit phi
lippū. Et dicit ei ihs. Sequere me.
Erat autē philippus a bethsaida
cītate andree et petri. Inueīt phi
lippus nathanael ⁊ dicit ei. Quē
scripsit moyses in lege ⁊ ꝓphete: ī
uenimus ihm filiū ioseph a naza
reth. Et dixit ei nathanael. A na
zareth potest aliquid boni eē. Di
cit ei philippus. Veni ⁊ vide. Vi
dit ihus nathanael venientē ad
se ⁊ dicit de eo. Ecce vere israhelita
in quo dolus nō ē. Dicit ei natha
nael. Vnđ me nosti. Rn̄dit ihus
⁊ dixit ei. Priusq̄ te philippus vo
caret cū eēs sub ficu vidi te. Respō
dit ei nathanael ⁊ ait. Rabbi tu
es filiꝰ dei: tu es rex isrl̄. Rn̄dit ihe
sus ⁊ dixit ei. Quia dixi tibi vidi te
sb̄ ficu credis: maiꝰ hijs videbitis
Et dicit ei. Amen amē dico vobis
videbitis celū aptū ⁊ angelos dei
ascendentes ⁊ descendentes supra
filiū hominis. Capitulū. ij.

Et die tertia nuptie facte sūt
chana galilee ⁊ erat mater
ihu ibi. Vocatus est aūt ⁊ ihus
⁊ discipuli eiꝰ ad nuptias. Et defi
tiente vino dicit mater ihu ad eū.
Vinū nō habent. Et dicit ei ihus.
Quid mihi ⁊ tibi est mulier. Nō
dum venit hora mea. Dicit mr̄ eiꝰ
ministris. Quodcūq; dixerit vob̄
facite. Erant aūt ibi lapidee ydrie
sex posite scđm purificacōem iude
orū capiētes singule metretas bi
nas vel ternas. Dicit eis ihs. Im
plete ydrias aqua Et impleuerūt
eas vsq; ad sūmū. Et dicit eis ihe
sus. Haurite nūc ⁊ ferte architri
clino. Et tulerūt. Vt aūt gustauit
architriclinꝰ aquā vinū factam ⁊
nō sciebat vn̄ eēt. ministri autez
sciebant q̄ hauserāt aquā vocat
sponsū architriclinꝰ ⁊ dicit ei. Oīs
homo p̄mū bonū vinū ponit ⁊ cū
īebriati fuerint tūc id qđ deterius
est. Tu aūt seruasti bonū vinum
vsq; adhuc. Hoc fec̄ initiū signo
rū ihus ī chana galilee ⁊ manife
stauit gloriā suā ⁊ crediderūt ī euz
discipuli eiꝰ. Post hoc descendit
capharnaū ipe ⁊ mater eiꝰ ⁊ frēs
eiꝰ ⁊ discipuli eiꝰ et ibi manserūt
nō multis diebꝰ. Et ꝓpe erat pas
cha iudeoꝝ ⁊ ascēdit ihs iheroso
limā ⁊ īuenit ī tēplo vendētes bo
ues ⁊ oues ⁊ colūbas ⁊ nūmula
rios sedētes. Et cū fecissz q̄si flagel
lū de funiculꝰ omēs eiecit de tēplo
ouesq̄ ⁊ boues ⁊ nūmulariorꝝ ef
fudit es ⁊ mēsas sb̄utit. Et hijs q̄
colūbas vendebāt dixit. Auferte
ista hīc ⁊ nolite facē domū patris
mei domū negotiacōis. Recordati
sunt vero discipuli eiꝰ qꝛ scriptū ē
zelꝰ domꝰ tue ꝯmedit me. Rn̄de
rūt ḡ iudei ⁊ dixerūt ei. Qđ signū
oñdis nob̄ qꝛ hec facit. Rn̄dit ihs
⁊ dixit eis. Soluite tēplū hoc ⁊ ī tri
bꝰ diebz excitabo illud Dixerūt ḡ
iudei. Quadragīta ⁊ sex ānis edi
ficatū ē tēplū hoc ⁊ tu in tribꝰ die
bꝰ excitab̄ illđ. Ille āt dicebat de
templo corpis sui. Cuz ergo resur
rexisset a mortuis: recordati sunt

discipuli ei⁹ quia hoc dicebat et
crediderūt scriptuē ⁊ sermoni quē
dixit ihus. Cū aūt esset iherosoli
mis in pascha in die festo multi
crediderūt in noīe ei⁹ vidētes sig̃
eius q̄ fatiebat. Ipse āt ihus nō
credebat semetipsū eis. eo ꝙ ipse
nosset omēs ⁊ ꝙ opus ei nō eāt
ut quis testionīū ꝑhiberet de ho
mine Ipse em̄ sciebat q̄d esset in
homine. Ca. iij.

Erat aūt hō ex phariseis ny
codemus noīe p̄nceps iude
orū Hic vēit ad ihm nocte ⁊ dixit
ei. Rabbi scimus ꝙ a deo venisti
magister. Nemo em̄ potest hec si
gna facere q̄ tu facis nisi fuerit de
us cū eo. Rn̄dit ihesus ⁊ dixit ei.
Amē amen dico tibi nisi q̄s rena
tus fuerit denuo nō potest videre
regnū dei Dicit ad eū nycodemus
Qūo pōt hō nasci cum sit senex.
Nūquid pōt in vētrez matris sue
iterato ītroiē ⁊ renasci. Rn̄dit ihe
sus Amen amē dico tibi nisi quis
renatus fuerit ex aqua ⁊ spūsan
cto nō pōt introire in regnum dei.
Q8 natū ē ex carne caro est ⁊ q8
natum ē ex spū spiritus ē. Nō mi
reis ꝙ dixi tibi oportet vos nasci
denuo. Spūs vbi vult spiāt ⁊ vo
cez eius audis sed nescis vn̄ veni
at aut quo vadat. Sic est oīs q̄
natus ē ex spū. Rn̄dit nycodem⁹
et dixit ei. Qūo possunt hec fieri.
Rn̄dit ihesus ⁊ dixit ei. Tu es ma
gister in israhel ⁊ hec ignoras.
Amē amē dico tibi ꝙ q8 scimu⁹
loquimur ⁊ q8 vidim⁹ testamur
⁊ testimoniū nostꝝ nō accipitis
Si terrena dixi vobis ⁊ non credi
tis qūo si dixero vobis celestia cre
detis. Et nemo ascendit in celum
nisi qui descēdit de celo filius ho
minis q̄ ē in celo. Et sicut moyses
exaltauit serpētem in deserto. ita
exaltari oportz filiū hōis ut omīs
q̄ credit in ipso nō pereat. ꝫ habe
at vitam eternā. Sic em̄ deus di
lexit mūdū ut filiū suū vnigenitū
daret ut oīs qui credit in eū non
pereat sed habeat vitā eternam.
Nō em̄ misit deus filiū suū in mū
dū ut iudicet mūdū sed ut salue
tur mūd⁹ ꝑ ipsum. Qui credit in
eū nō iudicat. Qui aūt nō credit
iam iudicatus ē ꝙ nō credidit in
noīe vnigeniti filij dei. Hoc ē aūt
iudiciū ꝙ lux vēit in mūdū et di
lexerūt hōies magis tenebras q̄
lucē. Erāt em̄ eoꝝ mala opa. Oīs
em̄ qui male agit odit lucē ⁊ non
vēit ad lucez ut nō arguātur ope
ra eius. Qui aūt facit veritatē vēit
ad lucez ut manifestent̄ opa ei⁹
ꝙ in deo sūt facta. Post hec venit
ihesus ⁊ discipuli eius in iudeam
terrā ⁊ illic moābat̄ cū eis ⁊ bap
tisabat. Erat aūt ⁊ iohānes bap
tisās in enon iux̄ salim ꝙ aq̄ mlt
te erāt illic ⁊ vēiebant ⁊ baptisa
bātur. Nōdum em̄ missus fuerat
iohānes in carcerez. Facta ē autē
questio ex discipulis iohānis cū
iudeis de purificacōne. Et venerūt
ad iohānez ⁊ dixerunt ei. Rabbi
q̄ erat tecū trās iordanē. cui tu te
stimoniū ꝑhibuisti ecce hic bap
tisat ⁊ oēs veniūt ad eū. Respon
dit iohānes ⁊ dixit. Nō potest ho
mo accipe quicq̄ nisi fuerit ei da
tū de celo. Ipsi vos mihi testimo
niū ꝑhibetis ꝙ dixerim. nō sum
ego xp̄s sed ꝙ missus sū an̄ illuz

Qui habet sponsaz sponsus ē: ami
cus aūt spōsi qui stat ⁊ audit euz
gaudio gaudet ꝓpter vocē sponsi
Hoc ergo gaudiū meū impletuz
ē. Illū oportet crescere. me aūt mi
nui. Qui desursuz venit sup oēs ē.
Qui ē de terra de t̄ra ē ⁊ de terra lo
quit̄. q̄ de celo venit sup oēs ē. Et
qd̄ vidit ⁊ audiuit hoc testat̄: te
stimoniū eius nemo accipit. Qui
āt acceperit ei⁹ testimoniū signa
uit. qꝛ deus verax est. Quez em̄ mi
sit deus: verba dei loquitur. Non
em̄ ad mensurā dat deus spiritū
Pat̄ diligit filiū ⁊ oīa dedit in ma
nu eius. Qui credit in filiū habet
vitā eternā. q̄ aūt incredul⁹ est fi
lio nō videbit vitā. sed ira dei ma
net sup eum. Ca. iiij.

Et ergo ꝯgnouit ihus qꝛ au
dierūt pharisei ꝙ ihus plu
res discipulos facit ⁊ baptisat q̄ꝫ
iohes: quāq̄ꝫ ihus nō baptisaēt
ꝫ discipuli ei⁹: reliquit iudeam et
abijt iterꝫ in galileaz. Oportebat
aūt eū transire ꝑ samariā. Venit
g̊ in ciuitatē samarie que dicitur
sychar iuxta prediuz qd̄ dedit ia
cob ioseph filio suo. Erat aūt ibi
fons iacob. Ihus aūt fatigat⁹ ex
itinere: sedebat sic supr̄ fontē. Ho
ra aūt erat quasi sexta. Venit mu
lier de samaria haurire aquā dic̄
ei ihus. Da mihi bibere. Discipuli
em̄ ei⁹ abierāt ī ciuitatez ut cibos
emerēt. Dicit ergo ei mulier illa
samaritana. Quō tu iude⁹ cuz sis
bibere a me poscis q̄ fū mulier sa
maritana. Nō em̄ coutunt̄ iudei
samaritanis. Rn̄dit ihus ⁊ dixit
ei. Si scires donū dei ⁊ q̄s est q̄ dic̄
tibi da mihi bibere: tu forsitan pe
tisses ab eo et dedisset tibi aquaz
viuā. Dicit ei mulier. Dn̄e: neqꝫ in
quo haurias habes ⁊ puteus al
tus est. Vn̄ ēgo hēs aquā viuā.
Nunquid tu maior es p̄re nostro
iacob qui dedit nob̄ puteū ⁊ ipse
ex eo bibit ⁊ filij ei⁹ ⁊ pecora ei⁹.
Rn̄dit ihus ⁊ dixit ei. Oīs qui bi
bit ex aqua hac sitiet iteruz. Qui
aūt bibeit ex aq̄ quā ego dabo ei
nō sitiet in eternū. ꝫ aqua quam
ego dabo ei fiet in eo fons aque
salientis in vitā eternā. Dicit ad
eū mulier. Dn̄e da m̄ hāc aquaz
ut nō sitiā neqꝫ veniaz huc hauri
re. Dixit ei ihus. Vade voca viruz
tuuz ⁊ veni huc. Rn̄dit mulier ⁊
dixit. Nō habeo virū. Dicit ei ihs.
Bn̄ dixisti: qꝛ nō habeo virꝫ. Rn̄qꝫ
em̄ viros habuisti ⁊ nūc quē ha
bes nō est tu⁹ vir. Hoc vere dixi
sti. Dicit ei mulier. Dn̄e: video q̄a
ꝓpha es tu. Patres nostri ī mon
te hoc adorauerunt ⁊ vos dicitis
qꝛ iherosolimis est locus vbi ado
rare oportet. Dicit ei ihs. Mulier
crede mihi. quia veniet hora quā
do neqꝫ in mōte hoc neqꝫ in ihero
solimis adorabitis patrem. Vos
adoratis quod nescitis: nos ado
ramus qd̄ scimus. quia salus ex
iudeis est. Sed venit hora ⁊ nunc
est quando veri adoratores adora
bunt patrez in spiritu ⁊ veritate.
Nam ⁊ pater tales queit qui ado
rent eum. Spiritus est deus ⁊ eos
qui adorant eum in spiritu ⁊ veri
tate oportet adorare. Dicit ei mu
lier. Scio quia messias venit qui
dicitur cristus. Cum ergo vene
rit ille nobis annuntiabit oīa. di
cit ei ihus. Ego sū q̄ loquor tecum

Et ꝯtinuo venerũt discipuli eiꝰ ⁊
mirabant̃ q̃ cũ muliere loqueba
tur. Nemo tñ dixit. quid queis ā
quid loq̃ris cũ ea. Reliq̃t ḡ ydriã
suã mulier ⁊ abijt in ciuitatẽ ⁊ di
cit illis hominibꝰ. Venite ⁊ vide
te hoĩez qui dixit m̃ oĩa quecũq̃
feci. Nũquid ipe est xp̃us. Exierũt
de ciuitate ⁊ veniebant ad eũ. In
terea rogabant eũ discipuli dicẽ
tes. Rabbi mãduca. Ille autẽ di
xit eis. Ego cibũ habeo mãducaẽ
quez vos nescitis. Dicebant ḡ di
scipuli ad inuicez. Nũquid aliq̃s
attulit ei mãducare. Dicit eis ihe
sus. Meus cibꝰ est ut fatiã volun
tatẽ eiꝰ q̃ misit me ut ꝑfitiã opus
eius. Nõne vos dicitis ꝙ adhuc
q̃tuor mẽses sunt ⁊ messis venit.
Ecce dico vob̃. leuate oculos vr̃os
⁊ videte regiones. q̃ albe sũt iam
ad messez. Et qui metit mercedem
accipit ⁊ cõgregat fructũ in vitã
eternã ut ⁊ q̃ seminat simul gau
deat ⁊ q̃ metit. In hoc em̃ est v̄bũ
verꝫ. q̃ alius est q̃ seminat ⁊ aliꝰ
ẽ q̃ metit. Ego misi vos metere qd̃
vos nõ laborastis. alij laborauerũt
⁊ vos in labores eoꝝ ĩtroistis. Ex
ciuitate aũt illa multi crediderũt
in eũ samaritanoꝝ ꝓpt̃ verbũ mu
lieris testimoniũ ꝑhibentis. q̃ di
xit m̃ oĩa quecũq̃ feci. Cuz venis
sent ḡ ad illũ samaritaĩ: rogaue
rũt euz ut ibi maneret. Et mansit
ibi duos dies. Et multo plures cre
diderũt ꝓpt̃ sermonẽ eiꝰ. Et mulie
ri dicebant q̃ iaz nõ ꝓpt̃ tuaz loq̃
laz credimꝰ. Ipsi em̃ audiuimus
⁊ scimꝰ. q̃ hic ẽ vere saluator mũ
di. Post duos aũt dies exijt inde
⁊ abijt in galileã. Ipe em̃ ihus te
stimoniũ ꝑhibuit. q̃ ꝓpha ĩ sua
patria honorẽ nõ habet. Cũ ḡ ve
nisset in galileã exceperunt eũ ga
lilei cũ oĩa vidissent que fecerat
iherosolimis ĩ die festo. Et ipi em̃
venerãt ad diẽ festũ. Venit ergo
iterꝫ ĩ chana galilee vbi fec̃ aquã
vinũ. Et erat quidã regulꝰ cuius
filiꝰ ĩfirmabat̃ capharnauz. Hic
cuz audisset q̃ ihus aduenirет a
iudea ĩ galileã abijt ad eũ ⁊ roga
bat eũ ut descẽderet ⁊ sanaẽt filiũ
eius. Incipiebat eĩ mori. Dixit ḡ
ihs ad eũ. Nisi signa ⁊ ꝓdigia vi
deritis nõ creditis. Dicit ad euz re
gulus. Dñe descẽde priusq̃ moriat̃
filius meꝰ. Dicit ei ihus. Vade fi
lius tuꝰ viuit. Credidit hõ ſmoni
quẽ dixit ei ihus ⁊ ibat. Jam aũt
eo descendẽte ſui occurrerũt ei ⁊ nũ
tiauerũt dicentes. q̃ filius eiꝰ vi
ueret. Interrogabat ḡ horam ab
eis in q̃ melius habuerit. Et dixe
rũt ei. q̃a heri hora septĩa reliquit
eũ febris Cognouit ḡ pat̃ q̃ illa
hora erat in q̃ dixit ei ihus filius
tuus viuit ⁊ credidit ipe ⁊ domus
eiꝰ tõ. Hoc iterũ secũdũ signũ fec̃
ihus cũ venisset a iudea ĩ galileã.

Post hec erat dies Ca. v.
festus iudeoꝝ ⁊ ascẽdit ihs
iherosolimã. Est ãt iherosolimis
ꝓbatica piscina que cognomina
bat̃ hebraice bethsaida q̃nq̃ por
ticus hñs. In hijs iacebat multi
tudo magna lãguẽtiũ cecoꝝ clau
doꝝ aridoꝝ expectantiũ aque mo
tũ. Angelus aũt dñi descendebat
scd̃m tempꝰ ĩ piscinã ⁊ moueba
tur aqua. Et qui p̃mꝰ descendissz
in piscinã post mocõem aque sa
nus fiebat a quacũq̃ detinebat̃

ifirmitate. Erat aũt quidã homo ibi triginta octo annos hñs in infirmitate sua. Hunc cũ vidisset ihus iacentẽ & cognouisset qz iaz multũ tpus haberet dicit ei. Vis sanꝰ fieri. Rñdit ei languidus. dñe: hoiez nõ habeo ut cũ turbata fuerit aqua mittat me in piscinã. dũ venio ego: alius añ me descendit. Dicit ei ihs. Surge: tolle grabatũ tuũ & ambula. Et statim sanus factꝰ est hõ ille & sustulit grabatũ suũ & ãbulabat. Erat aũt sabbatũ in die illo. Dicebant ergo iudei illi qui sanatus fuerat. Sabbatũ est: nõ licet tibi tollere grabatũ tuuz. Rñdit eis. Qui me sanũ fecit ille mihi dixit: tolle grabatuz tuũ & ambula. Interrogauerũt ꝙ eũ. Quis ẽ ille hõ ꝙ dixit tibi tolle grabatũ tuũ & ambula. Is aũt qui sanꝰ fuerat effectꝰ nesciebat ꝙs eẽt. Ihus em declinauit a turba constituta in loco. Postea inuenit euz ihum in templo & dixit illi. Ecce sanus factus es: iam noli peccare ne deteriꝰ tibi aliqd cõtingat. Abiit ille homo & nũtiauit iudeis qz ihus eẽt qui fecit eũ sanũ. Propterea persequebant iudei ihesũ. qz hec faciebat in sabbato. Ihesus aũt rñdit eis. Pat meus vsqz modo opat & ego operor. Propterea ergo magis querebant eũ iudei interficere. qz non solũ soluebat sabbatũ. ꝫ & patrẽ suũ dicebat deũ equalẽ se faciens deo. Rñdit itaqz ihus & dixit eis. Amen amẽ dico vob nõ potꝰ filiꝰ a se facere quicqz nisi qd viderit patrẽ facientẽ. Quecũqz em ille fecerit: hec et filiꝰ similẽ facit. Pat em diligit filiũ & oĩa demonstrat ei que ipe facit & maiora hijs demõstrabit ei opa ut vos miremini. Sicut em pater suscitat mortuos & viuificat: sic & filiꝰ ꝙs vult viuificat. Neqz em pater iudicat quẽqz. ꝫ omne iudicium dedit filio ut oẽs honorificẽt filiũ sicut honorificant patrem. Qui nõ honorificat filiũ: nõ honorificat patrez qui misit illũ. Amen amẽ dico vobis. qz qui verbũ meũ audit & credit ei ꝙ misit me: habet vitaz eternã. Et in iudiciũ nõ venit. ꝫ trãsit a morte in vitaz. Amen amẽ dico vobis. qz venit hora & nũc est qñ mortui audient vocẽ filij dei & qui audierint viuẽt. Sicut em pater habet vitã in semetipo: sic dedit & filio habere vitã in semetipso. Et potestatẽ dedit ei & iudiciũ facere. qz filius hoĩs ẽ. Nolite mirari hoc qz venit hora in qua oẽs qui in monumentis sũt audient vocem filij dei & procedent qui bona fecerũt in resurrectionez vite. ꝙ vero male egerunt in resurrectionẽ iudicij. Non possum ego a meipo facere quicqz. Sic audio iudico & iudiciũ meuz iustum est. qa non quero voluntatem meam. ꝫ voluntatez eius qui misit me. Si ego testimoniuz phibeo de me: testimoniuz meum nõ est verum. Alius est qui testimoniuz perhibet de me & scio quia verum est testimonium eius quod phibet de me. Vos misistis ad iohannem & testimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio. sed hec dico: ut vos salui sitis. Ille erat lucerna ardens & lucens. Vos aũt voluistis ad horã exultare in luce eius.

Ego habeo testimoniū maius io
hanne Opa em̄ que dedit m̄ pat̄
ut pfitiā ea. ipsa opa que ego fa
tio testimoniū phibent de me. q̄a
pat̄ misit me. Et qui misit me pa
ter ipē testimoniū phibuit de me
Neq; vocē ei⁹ vnq̄ audistis. neq;
spetiē ei⁹ vidistis. Et verbū ei⁹ n̄
habetis ī vobis manens. q̄ quez
misit ille huic vos non creditis.
Scrutamini scripturās. q̄ vos pu
tatis in ip̄is vitaz eternā habere.
Et ille sunt q̄ testimoniū phibent
de me ⁊ non vultis venire ad me
ut vitā habeatis. Claritatē ab ho
minibz nō accipio ꝫ ꝯgnoui vos
q̄ dilectionē dei nō habetis in vo
bis. Ego veni in noīe p̄ris mei ⁊ n̄
accepistis me. Si alius venerit in
noīe suo: illū accipietis. Qūo vos
potestis credere q̄ gloriā ab inuicē
accipitis ⁊ gl̄iam que a solo deo
est nō queritis. Nolite putare q̄
ego accusatur⁹ sim vos apud pa
trē. Est qui accusat vos: moyses
in quo vos speratis. Si em̄ credere
tis moysi crederetis forsitan ⁊ m̄.
De me em̄ ille scripsit. Si aūt illi⁹
litteris nō creditis. qūo meis ver
bis credetis. Ca. vi.

Post hec abijt ih̄us trās ma
re galilee q̄d est tyberiadis
Et seq̄bat̄ eū multitudo magna.
q̄ videbant sig̃ que fatiebat sup
hijs qui infirmabant̄. Subijt g̃
in montē ih̄us ⁊ ibi sedebat cum
discipul' suis Erat aūt ꝓximū pa
scha dies festus iudeoꝝ Cū suble
uasset ergo oculos ih̄us ⁊ vidis
set q̄ multitudo maxima veīt ad
eū dicit ad philippū. Vn̄ emem⁹
panes ut māducent hij. Hoc āt
dicebat tēptans eum Ipē em̄ scie
bat q̄d eēt factur⁹. Rn̄dit ei phi
lippus. Ducētoꝝ denarioꝝ panes
n̄ suffitiūt eis. ut vnusquisq; mo
dicū quid accipiat. Dicit ei vnus
ex discipul' eius andreas frat̄ sy
monis petri. Est puer vn⁹ h̄ qui
habet qn̄q; panes ordeaceos ⁊ du
os pisces. Sed hec quid sūt inter
tātos. Dicit g̃ ih̄s. Facite hoīes
discūbere. Erat aūt fenū multū in
loco. Discubuerūt ergo viri nume
ro quasi qn̄q; milia Accepit ergo
ih̄us panes et cū grās egisset di
stribuit discūbētib⁹. Similit̄ ⁊ ex
piscib⁹ quantū volebāt. Vt aūt
impleti sunt. dixit discipulis suis.
Colligite q̄ supauerūt fragmēta
ne pereant. Collegerūt ergo ⁊ im
pleuerunt duodecī cophinos fra
gmētoꝝ ex qn̄q; panibz ordeaceis
q̄ supfuerūt hijs qui mā ducaue
rant. Illi ergo hoīes cū vidissent
q̄d fecerat signū dicebāt. Quia h̄
est vere ꝓpha qui ventur⁹ ē ī mū
dū. Ih̄us ergo cū cognouisset q̄
venturi eēnt ut raperent eū ⁊ face
rēt eū regē. fugit iteꝝ in montem
ipē solus Vt aūt sero factū est de
scēderūt discipuli ei⁹ ad mare. Et
cū ascendissent nauim. venerunt
trās mare in capharnaū. Et tene
bre iam facte erant ⁊ nō venerat
ad eos ih̄us. Maē aūt vento ma
gno flāte exurgebat. Cū remigas
sent ergo q̄si stadia vigintiqn̄q;
aut trigīta. vidēt ih̄m ambulan
tē supra mare ⁊ ꝓximū naui fieri
⁊ timuerūt. Ille aūt dicit eis Ego
sū nolite timere. Voluerūt ergo ac
cipe eū in nauī et statī nauis fuit
ad terrā quam ibant. Altera die

turba que stabat trans mare: vi
dit qꝛ nauicula alia nō erat ibi n̄
vna ⁊ qꝛ nō introissꝫ cū discipul̄
suis ihus in nauim. ꝫ soli discipu
li eiꝰ abissent. Alie vero supuene
runt naues a tybeiade iuxta locū
vbi manducauerāt panez: grās
agentes deo. Cū ergo vidissꝫ tur
ba qꝛ ihs nō eēt ibi neqꝫ discipu
li eiꝰ ascenderūt in nauiculas ⁊ ve
nerūt capharnaū querētes ihm
Et cū inuenissent euꝫ trans mare
dixerūt ei. Rabi qn̄ huc venisti. ⁊
Rn̄dit eis ihus ⁊ dixit. Amē amē
dico vob̄: queritis me nō qꝛ vidi
stis signa. ꝫ q̄a manducastis ex
panibꝰ ⁊ saturati estis. Operami
ni nō cibū qui perit. sed qui ꝑma
net in vitā eternā quez filiꝰ hoīs
dabit vobis. Hūc eī pater signa
uit deus. Dixerūt ḡ ad eū. Quid fa
tiemꝰ ut opemur opa dei. ⁊ Respō
dit ihus ⁊ dixit eis. Hoc est opꝰ
dei ut credatis in eū quē misit ille
Dixerunt ergo ei. Qd ḡ tu facis si
gnū ut videamꝰ ⁊ credamꝰ tibi. ⁊
Quid operaris. ⁊ Patres nr̄i man
ducauerunt manna in deserto sic
scriptū est. Panē de celo dedit eis
manducare. Dixit ḡ eis ihs. Amē
amen dico vobis: non moyses de
dit vobis panē de celo. ꝫ pat̄ meꝰ
dat vob̄ panem de celo verū. Pa
nis em̄ dei est qui de celo descēdit
⁊ dat vitaꝫ mundo. Dixerūt ḡ ad
eū Dn̄e semp da nob̄ panē hunc
Dixit aūt eis ihesus Ego sū panis
vite. Qui venit ad me nō esuriet
⁊ q̄ credit in me nō sitiet vnq̄. Sꝫ
dixi vob̄: qꝛ ⁊ vidistis me ⁊ nō cre
didistis. Omne qd dat m̄ pat̄ ad
me veniet ⁊ eū q̄ venit ad me nō
eitiaꝫ foras. qꝛ descendi de celo nō
ut fatiā voluntatē meā sed volun
tatez eiꝰ qui misit me. Hec em̄ vo
lūtas eis q̄ misit me patris: ut oē
qd dedit mihi nō perdā ex eo. sed
resuscitez illud in nouissimo die.
Hec est em̄ voluntas patris mei
q̄ misit me ut oīs qui videt filiū ⁊
credit in eū habeat vitā eternam
⁊ ego resuscitabo eū in nouissimo
die. Murmurabāt ḡ iudi die illo
qꝛ dixisset ego sū panis viuꝰ qui
de celo descendi. Et dicebāt. Nōne
hic est filiꝰ ioseph cuiꝰ nos noui
mus patrē ⁊ matrē. ⁊ Quo ḡ dicit
hic: qꝛ de celo descendi. ⁊ Rn̄dit er
go ihs ⁊ dixit eis. Nolite murmu
rare ī inuicē. Nemo pōt venire ad
me nisi pat̄ qui misit me traxerit
eū et ego resuscitabo eū in nouissi
mo die. Est scriptuꝫ in ꝓphetis. Et
erūt oēs docibiles dei. Oīs qui au
diuit a patre et didicit venit ad
me. Nō qꝛ pr̄em vidit quisq̄: n̄ is
q̄ est a dō: hic videt patrē. Amen
amen dico vob̄ q̄ credit in me ha
bet vitaꝫ eternā. Ego sū panis vi
te. Patres vestri māducauerunt
māna ī deserto et mortui sūt. Hic
ē panis de celo descendēs: ut si q̄s
ex ipō māducauerit non moriat̄.
Ego sū panis viuꝰ q̄ de celo descē
di. Si quis manducauerit ex hoc
pane viuet ī eternū. Et panis quē
ego dabo caro mea ē ꝓ mundi vi
ta. Litigabāt ergo iudei ad inuicē
dicētes Quo pōt hic nobis carnē
suaꝫ dare ad māducandū. ⁊ Dixit
ergo eis ihus. Amen amen dico
vob̄: nisi māducaueritis carnez fi
lij hoīs et biberitis eius sāguinez
non habebitis vitam in vobis.

Qui mãducat meã carnẽ ⁊ bibit meũ sanguinẽ habet vitã eternã ⁊ ego resuscitabo eũ in nouissimo die. Caro enĩ mea vere est cib⁹ ⁊ sãguis me⁹ vere ẽ potus. Qui mã ducat meã carnẽ ⁊ bibit meũ sanguinẽ in me manet ⁊ ego in illo. Sicut misit me viuens pat̃ ⁊ ego viuo ꝓp̃ patrẽ ⁊ qui manducat me ⁊ ipse viuet ꝓp̃ me. Hic ẽ panis qui de cælo descendit. Nõ sicut mãducauerũt pres vestri mãna ⁊ mortui sunt. Qui mãducat hũc panẽ viuet in eternũ. Hec dixit in synagoga docens in capharnaũ. Multi ꝙ audientes ex discipulis ei⁹ dixerũt. Durus est hꝫ smo. Et quis põt eũ audire. Sciens autẽ ihus apud semetipm ꝙ murmurarẽt de hoc discipuli ei⁹ dixit eis Hoc vos scãdalisat. Si ergo videritis filiũ hois ascendẽtẽ vbi eat prius. Spũs ẽ q̃ viuificat: caro nõ pdest quicq̃. Verba que ego locutus sũ vob̃ spũs ⁊ vita sũt. Sz sunt quidã ex vob̃ qui nõ credũt Sciebat enĩ ab initio ihus qui essent nõ credentes ⁊ q̃s traditur⁹ essz eũ. Et dicebat. Propterea dixi vobis. ꝙ nemo potest venire ad me misi fuerit ei datuz a pre meo. Ex hoc multi discipulorz ei⁹ abierunt retro ⁊ iaz nõ cũ illo ambulabant. Dixit ꝫ ihus ad duodecim Nũquid et vos vultis abire. Respõdit ꝫ ei symon petr⁹. dñe ad quẽ ibim⁹. verba vite eẽne habes. Et nos credim⁹ ⁊ cognouim⁹ ꝙ tu es xp̃us filius dei. Rñdit eis ihus. Nõne ego vos duodecim elegi ⁊ ex vob̃ vnus dyabol⁹ est. Dicebat autẽ de iuda symois scarioth̃s. Hic enĩ erat traditurus eum cũ eẽt vn⁹ ex duodecim.

Ca. vij.

Post hec aũt ambulabat ihs in galileã. Non enĩ volebat in iudeã ambulare. ꝙ querebant eũ iudei interficere. Erat autez in primo dies festus iudeorz scenopegia. Dixerũt aũt ad eũ fratres eius Transi hinc ⁊ vade in iudeã ut ⁊ discipuli tui videãt opa tua q̃ facis. Nemo q̃p in occulto q̃d facit ⁊ queit ipe in palã eẽ. Si hec facis manifesta teipz mũdo. Neqz enĩ fratres ei⁹ credebant in eũ. Dicit ꝫ eis ihs. Tẽpus meũ nõdum aduenit. temp⁹ aũt vestrũ semp est patũ. Non põt mũdus odisse vos. me aũt odit. ꝙ ego testimoniũ phibeo de illo. ꝙ opa ei⁹ mala sũt. Vos ascẽdite ad diẽ festũ hũc. Ego nõ ascendã ad diẽ festũ istũ. ꝙ meus temp⁹ nõdũ impletũ est. Hec cũ dixisset ipe mãsit in galilea. Vt aũt ascẽderũt fratres ei⁹ tũc ⁊ ipe ascendit ad diẽ festũ nõ manifeste. ꝫ q̃si in occulto. Judei ꝫ querebãt eũ in die festo et dicebant. Vbi ẽ ille. Et murmur multus de eo eãt in turba. Quidã enĩ dicebãt ꝙ bon⁹ est. alij aut̃ dicebãt nõ. ꝫ seducit turbas. Nemo tñ palã loquebat̃ de illo ꝓp̃ metum iudeorz. Jaz aũt die festo mediante ascẽdit ihs in templũ ⁊ docebat. Et mirabant̃ iudei dicẽtes Quo hic litteras scit cũ nõ didicerit. Rñdit eis ihs et dixit. Mea doctrina nõ ẽ mea. ꝫ ei⁹ qui misit me. Si quis voluerit voluntatẽ ei⁹ facere. cognoscet de doctrina vtrũ ex deo sit an ego a meipo loquar. Qui a semetipo loq̃t gliaz ꝓpriaz

querit. Qui aūt querit gloriā ei⁹
qui misit eū: hic verax est et iniu
stitia in illo nō est. Nōne moyses
dedit vobis legē. Et nemo ex vob
facit legē. Quid me queritis inter fi
cere. Rn̄dit turba et dixit. Demo
niū habes. Quis te querit interfice
re. Rn̄dit ihus ⁊ dixit eis. Vnuz
op⁹ feci ⁊ oēs miramini. Propte
rea moyses dedit vobis circūcisio
nē: nō qꝛ ex moyse est. ꝫ ex patri
b⁹. Et in sabbato circūciditis ho
minē. Si circūcisionez accipit hō ī
sabbato ut nō soluat̄ lex moysi:
m̄ indignamini qꝛ totū hoīez sal
uuz feci in sabbato. Nolite iudi
care scd̄m fatiē. ꝫ iustū iuditiū iu
dicate. Dicebāt ḡ quidā ex ihero
solimis. Nōne hic est quē querēt
interficere. Ecce palaz loquit̄ ⁊ n̄l
ei dicūt. Nūquid vere ꝯgnouerūt
pn̄cipes q̄a hic est xp̄us. Sz hūc
scim⁹ vn̄ sit. xp̄us aūt cū venerit
nemo scit vnde sit. Clamabat ḡ
ihus in tēplo docens et dicēs. Et
me scitis ⁊ vnde sim scitis ⁊ a me
ipō nō veni. ꝫ est ver⁹ q̄ misit me
quē vos nescitis. Ego scio eū et si
dixero qꝛ nescio eū: ero simil̄ vob
mendax. Sz scio eū qꝛ ab ipō sum
⁊ ipe me misit. Querebāt ḡ eū ap
prehendere ⁊ nemo misit ī illū ma
n⁹. qꝛ nōdū venerat hora ei⁹. De
turba aūt multi crediderūt in euz
Et dicebāt. Crist⁹ cū venerit: nun
q̄d pluā signa faciet q̄ q̄ h̄ fac̄.
Audierūt pharisei turbā murmu
rantē de illo hec ⁊ miserūt pn̄cipes
⁊ pharisei ministros ut apprehen
derent ihm. Dixit ḡ eis ihus. Ad
huc modicū tps vobiscū sū ⁊ va
do ad eū q̄ me misit. Queretis me
⁊ nō inuenietis ⁊ vbi ego sū vos
nō potestis venire. Dixerūt ḡ iudei
ad semetipōs. Quo hic iturus est
qꝛ nō inueniem⁹ eū. Nūquid in
dispsionē gentiū iturus ē ⁊ doctu
rus gētes. Quis ē hic sermo quē
dixit. queretis me et nō īuenietis
⁊ vbi sū ego vos nō potestis veni
re. In nouissimo aūt die magno
festiuitatis stabat ihus ⁊ clama
bat dicēs. Si quis sitit veniat ad
me ⁊ bibat. Qui credit in me sicut
dicit scriptura: flumina de ventre
ei⁹ fluent aq̄ viue. Hoc aūt dixit
de spū quē accepturi erāt credētes
in eū. Nōdū em̄ erat spūs datus
qꝛ ihus nōduz erat glorificatus.
Ex illa ḡ turba cū audissent hos
sermones ei⁹ dicebāt. Hic ē vere
ꝓpha. Alij dicebant. Hic ē xp̄us
Quidā aūt dicebāt. Nunq̄d a ga
lilea venit xp̄us. Nōne scriptura
dic̄. qꝛ ex semine dauid ⁊ de beth
leē castello vbi erat dauid venit
xp̄us. Dissensio itaqꝫ facta ē ī tur
ba ꝓpt̄ eū. Quidā aūt ex ip̄is vole
bāt apprehēdere eū. ꝫ nemo misit
sup eū man⁹. Venerūt ḡ ministri
ad pontifices ⁊ phariseos ⁊ dixe
rūt eis illi. Quare nō adduxistis
eū. Rn̄derūt ministri. Nūq̄ sic lo
cutus ē hō sicut hic homo. Rn̄de
rūt ergo eis pharisei. Nūquid et
vos seducti estis. Nūquid ex pn̄
cipibz aliq̄s credidit in eū aut ex
phariseis. Sz turba hec que non
nouit legē: maledicti sūt. Dixit ni
codem⁹ ad eos: ille qui venit ad
eum nocte qui vnus erat ex ip̄is
Nunquid lex nostra iudicat ho
minem: nisi prius audierit ab ip
so et cognouerit quid fatiat.

ñderūt a dixerūt ei. Nūquid a tu galileus es. Scrutare scripturas a vide. qz a galilea pphā non surgit. Et reuersi sunt vnusquisqz in domū suam. Ca. viij.

Ihesus aūt perexit in montē oliueti a diluculo iterū venit in templū a oīs pplus venit ad eū a sedēs docebat eos. Adducūt aūt scribe et pharisei mulierē deprehensā in adulterio a statuerūt eā in medio a dixerunt ei. Magister hec mulier mō deprehēsa est in adulterio. In lege aūt moyses mādauit nobis huiusmōi lapidare. Tu g̃ qđ dicis. Hoc aūt dicēbāt temptātes eū. ut possent accusare eū. Ihesus aūt inclinās se deorsū digito scribebat in terra. Cū g̃ perseuerarent interrogātes eū erexit se a dixit eis. Qui sine peccato ē vestr̄ pmus in illā lapidē mittat. Et iterū se inclinans scribebat in terra. Audientes aūt hec vn⁹ post vnū exibant incipientes a seniorib⁹ a remānsit solus ihs et mulier in medio stās. Erigens autē se ihus dixit ei. Mulier vbi sūt qui te accusabāt. Nemo te dānauit. Que dixit. Nemo dñe. dixit aūt ihus. Nec ego te dānabo. Vade a iā amplius noli peccare. Iterū g̃ locutus ē eis ihesus dicēs. Ego sū lux mūdi. Qui sequit̄ me nō ambulat in tenebris. s̄ habebit lumē vite. Dixerūt ergo ei pharisei. Tu de teipō testimoniū phibes. testimoniū tuū nō ē verū. Rñdit ihs a dixit eis. Et si ego testimoniū phibeo de meipō. verū ē testimoniū meum. qz scio vñ veni a quo vado. Vos aūt nescitis vñ veni a quo vado. Vos scm carnē iudicatis ego nō iudico quēq̃. Et si iudico ego iudiciū meum verū ē qz solus non sū. s̄ ego a qui misit me pat̄. Et in lege vra scriptū est qz duorū hoīm testimoniū verū est. Ego sū qui testimoniū phibeo de meipō a testimoniū phibet de me qui misit me pat̄. Dicebant g̃ ei. Vbi est pat̄ tuus. Rñdit ihus. Neqz me scitis neqz patrē meū. Si me sciretis forsitā a patrē meum sciretis. Hec v̄ba locutus est ihs in gazophilatio docens in tēplo. Et nemo apprehēdit eū. qz nec dū venerat hora ei⁹. Dixit ergo iterū eis ihus. Ego vado a q̃retis me a in pcō vestro moriemī. Quo ego vado vos nō potestis venire. Dicebāt ergo iudei. Nūquid interficiet semetipm. qz dicit quo ego vado vos nō potestis venire. Et dicebat eis. Vos deorsū estis ego de superis sū. Vos de mundo hoc estis ego non sū de hoc mundo. Dixi ergo vob quia moriemini in pcīs vestris. Si enī nō crediderītis q̃a ego sū moriemini in pcō vīo. Dicebant ergo ei. Tu quis es. Dicit eis ihesus. Pncipiū qui a loquor vob. Multa habeo de vobis loqui a iudicare. s̄ qui me misit verax ē a ego q̃ audiui ab eo hec loq̃r in mūdo. Et nō cognouerūt quia patrē ei⁹ dicebat deū. Dixit ergo eis ihus. Cū exaltaueritis filiū hoīs tūc cognoscetis q̃a ego sū a a me ipō facio nīl. s̄ sicut docuit me pat̄ hec loquor. Et qui me misit mecū est a nō reliq̃t me solū. quia ego que placita sūt ei facio semp. Hec illo loquēte multi crediderūt in eū. Dicebat ergo ihesus ad eos qui

crediderũt ei iudeos. Si vos mãse
ritis ĩ sermone meo: vere discipu
li mei eritis et cognoscetis verita
tẽ ⁊ veritas liberabit vos. Rñderũt
ei. Semen abrahe sum⁹ ⁊ nemini
seruiuim⁹ vnq̃. Quõ tu dicis libe
ri eritis. Rñdit eis ihus. Amen
amẽ dico vob. qꝛ oĩs qui facit pec
catũ: seru⁹ ẽ peccati. Seru⁹ aũt nõ
manet in domo ĩ eternũ. fili⁹ ma
net in eternũ. Si ḡ vos filius libe
rauerit: vere liberi eritis. Scio qꝛ fi
lij abrahe estis. ꝫ queritis me int̃
ficere. qꝛ sermo me⁹ nõ capit ĩ vo
bis. Ego qd vidi apud patrẽ lo
quor ⁊ vos que vidistis apd pa
trẽ vestꝝ facitis. Rñderunt ⁊ dixe
rũt ei. Pat̃ noster abrahaꝫ ẽ. Dic̃
eis ihus. Si filij abr̃he estis: ope
ra abrahe facite. Nunc aũt queri
tis me int̃ficere: hoĩem qui verita
tem vob̃ locutus sũ quã audiui a
dõ. Hoc abrahã nõ fecit. Vos fa
citis opa patris vr̃i. Dixer̃t itaq̃
ei. Nos ex fornicacõe nõ sum⁹ na
ti. Vnũ patrez hẽm⁹ deuꝫ. Dixit ḡ
eis ihus. Si de⁹ pat̃ vester eẽt: di
ligeretis vtiq̃ me. Ego em̃ ex deo
ꝓcessi ⁊ veni. Neq̃ em̃ a me ꝑõ ve
ni. ꝫ ille me misit. Quare loquelã
meã nõ ꝯgnoscitis. Quia ñ pote
stis audire sermonez meũ. Vos
ex pr̃e dyabolo estis ⁊ desideria pa
tris vestri vultis facẽ. Ille homici
da erat ab initio ⁊ ĩ veritate ñ ste
tit. qꝛ nõ ẽ veritas ĩ eo. Cũ loquit̃
mẽdatiũ ex ꝓprijs loquit̃. q̃a mẽ
dax ẽ ⁊ pat̃ ei⁹. Ego ãt qꝛ veritatẽ
dico nõ creditis m̃. Quis ex vob̃
ãguet me de pctõ. Si veritatẽ dico
q̃re vos nõ creditis m̃. Qui ex deo
ẽ. verba dei audit. Propterea vos
non auditis. quia ex dõ nõ estis
Rñderũt ergo iudei ⁊ dixerunt ei.
Nõne bñdicimus nos. q̃a sama
ritanus es tu ⁊ demoniũ habes.
Rñdit ihus. Ego demoniũ nõ ha
beo. ꝫ honorifico patrẽ meũ ⁊ vos
ĩhonorastis me. Ego aũt nõ que
ro gloriam meã. Est qui querat ⁊
iudicet. Amen amẽ dico vobis si
q̃s sermonẽ meũ seruauerit: mor
tez nõ videbit in eternũ. Dixerunt
ergo iudei. Nũc cognouim⁹: qꝛ de
moniũ habes. Abrahã mortu⁹ ẽ
⁊ ꝓphete ⁊ tu dicis si quis sermo
nem meũ seruauerit nõ gustabit
mortez in eternũ. Nũquid tu ma
ior es patre nr̃o abrahã q̃ mortu
us ẽ. Et ꝓphe mortui sũt. Quez te
ip̃m facis. Rñdit ihesus. Si ego
glorifico meip̃m: gl̃ia mea nl̃ est
Est pat̃ me⁹ q̃ glorificat me quẽ
vos dicitis: qꝛ de⁹ noster ẽ ⁊ non
ꝯgnouistis eũ. Ego aũt noui euꝫ
Et si dixero qꝛ nõ scio eũ: ero simil̃
vobis mẽdax. Sꝫ scio eũ ⁊ sermo
nẽ ei⁹ seruo. Abrahã pat̃ vester
exultauit ut videret diẽ meũ ⁊ vi
dit ⁊ gauisus ẽ. Dixerunt ergo iu
dei ad euꝫ. Qñquaginta ãnos nõ
dũ habes ⁊ abrahaꝫ vidisti. Di
xit eis ihus. Amen amẽ dico vo
bis anteq̃ abrahã fieret ego suꝫ.
Tulerũt ergo lapides ut iacerent
in eũ. Ihesus autem abscondit se
⁊ exiuit de templo. Ca. ix.

Et preteriẽs ihus vidit ho
minẽ cecũ a natiuitate et int̃
rogauerũt euꝫ discipuli ei⁹. Rabi
quis peccauit: hic aut ꝑntes eius
ut cec⁹ nasceret̃. Rñdit ihs. Neq̃
hic peccauit neq̃ parẽtes ei⁹. sed
ut manifestentur opa dei in illo.

Me oportet opari opa ei⁹ qui mi
sit me donec dies est. Venit nox
qñ nemo pōt opari. q̄diu fuz in
mūdo: lux sū mundi. Hoc cū dixis
set expuit in terrā et fecit lutū ex
sputo et liniuit lutuz sup oculos
ei⁹ ⁊ dixit ei. Vade laua ī natato
ria syloe qd̄ int̄pretatur missus.
Abijt ēgo ⁊ lauit ⁊ venit videns
Itaqz vicini ⁊ qui viderāt eū p̄us
qz mendicus erat dicebāt. Nōne
hic est q̄ sedebat ⁊ mēdicabat.
Alij dicebant qz h̄ est. Alij autez
nequaq̄. ꝫ simil̄ est ei⁹ Ille vero
dicebat q̄a ego sū. Dicebāt ergo
ei. Qūo apti sūt tibi oculi. Rñdit
Ille hō qui dicit̄ ih̄us lutū fecit ⁊
vnxit oculos meos ⁊ dixit m̄. Va
de ad natatoriaz syloe ⁊ laua. Et
abij ⁊ laui ⁊ video. Et dixerunt ei
Vbi ē ille. Ait nescio. Adducūt
eū ad phariseos qui cec⁹ fuerat.
Eāt aūt sabbatū qñ lutū fecit ihe
sus ⁊ apuit oculos ei⁹ Iterz ēgo ī
terrogabant eū pharisei qūo vi
dissz. Ille aūt dixit eis Lutū m̄ po
suit sup oculos ⁊ laui ⁊ video. Di
cebant ḡ ex phaiseis quidā. Nō
est h̄ hō a d̄o qui sabbatū non cu
stodit. Alij aūt dicebāt. Qūo pōt
hō peccator hec sig̃ facē. Et scisma
erat int̄ eos. Dicūt ergo ceco iterz
Tu q̄d dicis de eo qui apuit ocu
los tuos. Ille aūt dixit qz ꝓpheta
ē. Nō crediderūt ḡ iudei de illo q̄a
cecus fuisset et vidisset. donec vo
cauerūt pntes ei⁹ qui viderat et
int̄rogauerūt eos dicētes hic ē fi
lius vester quez vos dicitis qz ce
cus nat⁹ ē. Qūo ergo nūc videt.
Rñderūt eis pntes ei⁹ ⁊ dixerunt
Scim⁹ qz hic ē fili⁹ nr̄ ⁊ q̄a cecus
nat⁹ ē. Qūo aūt nūc videat nesci
m⁹ aut q̄s ei⁹ apuit oculos nos
nescim⁹. Ip̄z int̄ro gate. Etatē ha
bet ipē de se loquat̄. Hec dixerunt
pntes ei⁹ qz timebant iudeos. Iā
em̄ cōspirauerāt iudei ut si q̄s eū
ꝯfiteret̄ eē xp̄m extra synagogaz
fieret. Propterea pntes ei⁹ dixe
runt qz etatē habz. ip̄m int̄roga
te. Vocauerūt ergo rursū hoīem
qui fuerat cecus ⁊ dixerunt ei. Da
gloriā d̄o. Nos scim⁹ qz hic homo
vineritis ī illis. Nūc aūt deponite
⁊ vos oīa irā indignacōez mali
tiā blasphemiā turpē sermonē de
ore vestro. Nolite mentiri inuicē.
expoliantes vos veterez hominez
cū actib⁹ suis ⁊ induentes nouū
eū qui renouať in agnitiōem ſm
ymaginez ei⁹ qui creauit eū. vbi
nō est gētil' ⁊ iudeus. circūcisio ⁊
preputiū. barbarus ⁊ scita. ſuus
⁊ liber. ſ̄ oīa ⁊ in oīb⁹ xp̄us. In
duite vos ergo sicut electi dei san
cti ⁊ dilecti viscera misericordie. be
nignitatē. humilitatē. modestiā.
patientiā supportātes inuicē et do
nantes vobismetipīs si quis adu
sus aliquē habet querelā sicut et
dn̄s donauit vob̄ ita et vos. Sup
oīa aūt hec caritatē habete qd ē
vinculū pfectionis ⁊ pax xp̄i exul
tet in cordib⁹ vr̄is in qua ⁊ voca
ti estis in vno corpe et grati esto
te. Verbū cristi habitet in vobis
abūdanť. in oī sapientia docētes
⁊ ɔmonētes vosmetipōs psalmis
ymnis ⁊ cāticis spiritalibz in grā
cantātes in cordib⁹ vr̄is dō. Oīe
qd cūq̄ facitis in verbo aut ī ope
oīa in noīe dn̄i nr̄i ihu xp̄i grās
agentes dō ⁊ pr̄i p ipm. Mulieres
sb̄dite estote viris. sicut oportet ī
dn̄o. Viri diligite vxores vestras
⁊ nolite amari esse ad illas. Filij
obedite pntib⁹ p oīa. hoc enī pla
citū est in dn̄o. Patres nolite ad
iracundiā ꝓuocaē filios vestros
ut nō pusillo aīo fiāt Serui obe
dite p oīa dn̄is carnalib⁹. nō ad
oculū seruientes quasi hominibz
placētes. ſ̄ in simplicitate cordis
timētes deū. Qd cūq̄ facitis ex aīo
opamini. sicut dn̄o ⁊ nō hoībus.
scientes q̄ a domino accipietis

retribucōnē hereditatis. Dño xpō
seruite Qui em̄ iniuriā facit recipi
et id qd̄ iniq̄ gessit ⁊ non est pso
naꝝ acceptio apd̄ deū. Ca. iiij.

Domini qd̄ iustū est ⁊ equū
seruis prestate: scientes ꝙ ⁊
vos dñm habetis ī celo. Orationi
instate vigilantes in ea in grārū
actione: orantes simꝰ ⁊ ꝓ nob̄ ut
deus aperiat nob̄ ostiū sermonis
ad loquendū misteriū xp̄i ꝓpter
qd̄ etiam vinctus sū ut manifestē
illud ita ut oportet me loq̄. In sa
pientia ambulate ad eos qui fo
ris sunt: tempus redimentes. Ser
mo vester semp̄ in gratia sale sit
conditus: ut sciatis quomō opor
teat vos vnicuiq; respondere. Que
circa me sūt omnia vobis nota fa
tiet tychicus carissimus frater ⁊
fidelis minister ⁊ conseruꝰ in dño
quem misi ad vos ad hocip̄m ut
ꝯgnoscat que circa vos sunt ⁊ cō
soletur corda vestra cū onesimo
carissimo et fideli fratre qui ex vo
bis est qui omnia q̄ hic aguntur
nota fatiēt vobis. Salutet vos ari
starcus cōcaptiuus meꝰ ⁊ marcꝰ
cōsobrinus barnabe de quo acce
pistis mādata. Si venerit ad vos
suscipite illū. Et ihs q̄ dicit̄ iustꝰ
qui sūt ex circūcisiōe. Hij soli sūt
adiutores mei ī regno dei q̄ mihi
fuerunt solatio. Salutat vos epa
fras q̄ ex vob̄ ē seruus xp̄i ihu sp̄
sollicitꝰ ꝓ vob̄ in oracōibꝰ: ut ste
tis pfecti ⁊ pleni in oī volūtate dei
Testimoniū em̄ illi phibeo ꝙ hz
multū laborē ꝓ vobis ⁊ ꝓ hijs q̄
sunt laoditie ⁊ qui ierapoli. Salu
tat vos lucas medicus carissimꝰ
⁊ demas Salutate fratres qui sūt
laoditie ⁊ nymphan ⁊ q̄ ī domo
eiꝰ est ecclesiā. Et lecta fuerit apd̄
vos epistola hec facite ut ⁊ in lao
dicensium ecclesia legatur ⁊ eam
que laodicensium est vobis lega
tur. Et dicite arcippo. Vide miste
rium qd̄ accepisti in domino ut il
lud impleas. Salutatio mea ma
nu pauli. Memores estote vincu
lorum meoruz. Gratia domini ihe
su vobiscum amen.

Explicit epl̄a ad Colosenses.
Incipit argumentū in episto
lam ad Thessalonicēses. i.

Thessalonicenses sunt
macedones q̄ accepto
verbo veritatis perstite
rūt in fide: etiam in ꝑse
cutione ciuiū suorū. Preterea nec
receperūt falsos apostolos nec ea
que a falsis apostolis dicebātur
Hos collaudat apostolꝰ scribēs
eis ab athenis per tychicum dya
conum ⁊ onesimum acolitū.

Explicit argumentum. Inci
pit epistola prima ad Thes
salonicenses.

Paulus et siluanus
et thimotheꝰ: eccle
sie thessalonicensiū
in deo patre nostro
⁊ domino ihesu xp̄o
gratia vobis ⁊ pax. Grās agimꝰ
d̄o semp̄ ꝓ omnibꝰ vobis memo
riam vestri fatiētes in oracōnibꝰ
nostris sine ītermissione memo
res operis fidei vestre ⁊ laboris et
caritatis ⁊ sustinentie spei domini
nr̄i ihu xp̄i añ deū ⁊ p̄rem nostrū

Sciētes fratres dilecti a dō electō
nem vestraz. qr euāgeliū nr̄m nō
fuit ad vos in ſmone tm̄ sed ⁊ in
virtute ⁊ in spūsancto ⁊ in pleni
tudine multa. sicut scitis q̄les fue
rim⁹ in vobis ꝓpt̄ vos. Et vos imi
tatores nostri facti estis ⁊ dn̄i. ex
cipiētes verbū in tribulacōe mul
ta cū gaudio spūssancti. ita ut fa
cti sitis forma oībus credentib⁹ in
macedonia ⁊ in achaya. A vobis
em̄ diffamatus est sermo dn̄i nō
solū in macedonia ⁊ in achaya. ſ
in omī loco fides vr̄a que est ad
deū ꝓfecta est. ita ut nō sit nobis
necesse quicq̄ loq̄ Ipi em̄ de nob̄
annūtiant qualē introitū habu
erim⁹ ad vos ⁊ qūo ꝯuersi estis
ad deū a simulacris seruire deo vi
uo ⁊ vero ⁊ expectare filiū eius de
celis quē suscitauit ex mortuis ihe
sū qui eripuit nos ab ira vētura.

Ca. ij.

Nam ipsi scitis fra
tres introitū nostr̄ ad vos
q̄a nō inanis fuit. ſ an̄ passi mul
ta ⁊ ꝯtumelijs affecti sicut scitis ī
philippis. fidutiā habuim⁹ in dō
nostro loqui ad vos euangeliuz
dei in multa sollicitudine. Exhorta
tio em̄ nr̄a nō de errore neq̄ de im
mūditia neq̄ in dolo. ſ sicut ꝓba
ti sum⁹ a deo ut crederet̄ nob̄ euā
geliū ita loq̄mur. nō quasi hoībz
placētes. ſ dō qui ꝓbat corda no
str̄. Neq̄ em̄ aliqn̄ fuim⁹ in ſmo
ne adulacōnis sicut scitis. neq̄ in
occasiōe auaritie de⁹ testis ē. nec
querētes ab hōinib⁹ gloriā neq̄
a vob̄ neq̄ ab alijs cū possem⁹ vo
bis oneri eē ut xp̄i apl̄i. Sed facti
sum⁹ ꝑuuli in medio vestrū tāq̄
si nutrix foueat filios suos. ita de
siderantes vos cupide: volebam⁹
tradere vob̄ nō solū euangeliū dei
ſ etiā aīas nostras. qm̄ carissimi
nob̄ facti estis. Memores eī estis
fratres laboris nr̄i ⁊ fatigationis.
nocte ⁊ die opantes ne quē vr̄m
ḡuarem⁹. p̄dicauim⁹ in vob̄ euā
geliū dei. Vos testes estis ⁊ deus
q̄ sācte ⁊ iuste ⁊ sine querela vo
bis qui credidistis fuim⁹ sicut sci
tis. qualit̄ vnūquēq̄ vestr̄ sicut
pat̄ filios suos deprecātes vos et
ꝯsolantes. testificati sum⁹ ut am
bularetis digne dō qui vōuit vos
in suū regnū ⁊ gloriā. Ideo ⁊ nos
grās agim⁹ dō sine int̄missione.
qm̄ cū accepissetis a nob̄ verbuz
auditus dei. accepistis illud non
ut verbū hominū ſ sicut est vere
verbū dei qui opat̄ in vobis q̄ cre
didistis. Vos eī imitatores facti
estis fratres eccīaz dei que sūt in
iudea ī xp̄o ihu. qr eadē passi estis
⁊ vos a ꝯtribulib⁹ vr̄is sicut ⁊ ip
si a iudeis q̄ ⁊ dn̄m occiderūt ihm
⁊ ꝓphas ⁊ nos ꝑsecuti sūt ⁊ dō n̄
placent ⁊ oīb⁹ hominib⁹ adūsā
tur. ꝓhibentes gētib⁹ loq̄ ut sal
ue fiant. ut impleāt pctā sua sēp.
Preuenit ira dei sup illos vsq̄ in
finē. Nos autez fratres desolati a
vobis ad tēp⁹ ore aspectu nō cor
de. abūdātius festinauim⁹ fatiez
vestrā videre cū multo desiderio.
qm̄ voluim⁹ venire ad vos. ego
quidez paul⁹ ⁊ semel ⁊ iterz. ſ im
pediuit nos sathanas Que ē em̄
nostra spes aut gaudiū aut coro
na glorie. Nōne vos an̄ dn̄m no
str̄ ihm xp̄m estis ī aduētu ei⁹.
Vos enim estis gloria nostra et
gaudiū.

Capitulū. iij.

Propter quod non sustinentes amplius: placuit nobis remanere athenis solis et misimus thimotheum fratrem nostrum et ministrum dei in euangelio xpi ad confirmandos vos et exhortandos pro fide vestra: ut nemo moueatur in tribulacionibus istis. Ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus. Nam et cum apud vos essemus predicebamus vobis passuros nos tribulaciones: sicut et factum est et scitis. Propterea et ego amplius non sustinens misi ad cognoscendam fidem vestram ne forte temptauerit vos is qui temptat et inanis fiat labor noster. nunc autem veniente thimotheo ad nos a vobis et annuntiante nobis fidem et caritatem vestram et quod memoriam nostri habetis bonam: semper desiderantes nos videre: sicut et nos quoque vos. ideo consolati sumus fratres in vobis in omni necessitate et tribulacione nostra per fidem vestram. quoniam nunc viuimus: si vos statis in domino. Quam enim gratiarum actionem possumus deo retribuere pro vobis in omni gaudio quo gaudemus propter vos ante deum nostrum: nocte ac die abundantius orantes ut videamus faciem vestram et compleamus ea que desunt fidei vestre. Ipse autem deus et pater noster et dominus ihesus xpus dirigat viam nostram ad vos. Vos autem dominus multiplicet et abundare faciat caritatem vestram in inuicem et in omnes: quemadmodum et nos in vobis ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctitate ante deum et patrem nostrum in aduentu domini nostri ihesu xpi cum omnibus sanctis eius amen. Ca. iiij.

Decetero ergo fratres rogamus vos et obsecramus in domino ihesu: ut quemadmodum accepistis a nobis quomodo oporteat vos ambulare et placere deo sicut et ambulatis ut abundetis magis. Scitis enim que precepta dederim vobis per dominum ihesum. Hec est autem voluntas dei sanctificatio vestra ut abstineatis vos a fornicatione ut sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificacione et honore: non in passione desiderij sicut et gentes que ignorant deum. Et ne quis supergrediatur neque circumueniat in negotio fratrem suum. quoniam vindex est dominus de hijs omnibus sicut prediximus vobis et testificati sumus. Non enim vocauit nos deus in immunditiam. sed in sanctificacionem. Itaque qui hec spernit non hominem spernit. sed deum qui etiam dedit spiritum suum sanctum in nobis. De caritate autem fraternitatis non necesse habuimus scribere vobis. Ipsi enim vos a deo didicistis ut diligatis inuicem. Etenim illud facitis in omnes fratres in vniuersa macedonia. Rogamus autem vos fratres ut abundetis magis et operam detis ut quieti sitis et ut vestrum negotium agatis et operemini manibus vestris sicut precepimus vobis et ut honeste ambuletis ad eos qui foris sunt et nullius aliquid desideretis. Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus: ut non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent. Si enim credimus quod ihesus mortuus est et resurrexit ita et deus eos qui dormierunt per ihesum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo domini. quia nos qui viuimus qui residui sumus in aduentu domini non preueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dominus in iussu et in voce archangeli et in tuba dei descendet de celo et mortui qui in xpo sunt resurgent primi

deīnde nos q̄ viuīm⁹ qui relīq̄
mur simul rapiemur cū illis ī nu
bib⁹ obuiā xp̄o ī aera ⁊ sic semp
cū dño erim⁹. Itaq; ꝯsolamini in
uicē in verb istis. Ca. v.

De tēpib⁹ aūt ⁊ momentis
fratres nō indigetis ut scri
bam⁹ vob. Ipsi em̄ diligenē scitis
q̄ dies dñi sicut fur ī nocte ita ve
niet. Cū em̄ dixerint pax et securi
tas. tūc crepētin⁹ eis supueniet ī
teritus sicut dolor in vtero hītis
⁊ nō effugient. Vos aūt fratres
nō estis in tenebris ut vos dies
illa tāq̄ fur ꝯprehēdat. Omēs ei
vos filij lucis estis ⁊ filij diei. Nō
estis noctis neq; tenebrarū. Igit
nō dormiam⁹ sicut ⁊ cēteri ꝫ vigil
em⁹ et sobrij sim⁹. Qui em̄ dormi
unt nocte dormiūt ⁊ qui ebrij fūt
nocte ebrij fūt. Nos aūt̄ qui diei
sum⁹ sobrij sim⁹. induti loricā fidei
⁊ caritatis ⁊ galeaz spem salutis.
q̄m nō posuit nos deus in irā sed
in acq̄sitionē salutis p dñm nr̄m
ihm xp̄m qui mortu⁹ ē p nob ut
siue vigilem⁹ siue dormiam⁹ simul
cū illo viuam⁹. Propt̄ qđ cōsola
mini inuicē ⁊ edificate alterutr ꝫ si
cut ⁊ facitis. Rogamus aūt vos
fratres ut noueritis eos qui labo
rant inť vos ⁊ psūt vobis in do
mino ⁊ monent vos ut habeatis
illos abūdāti⁹ ī caritate ꝑpt̄ op⁹
illoz ⁊ pacē habete cū eis. Roga
m⁹ aūt vos fratres. corripite imq̄
etos. ꝯsolamini pusillanimes. su
scipite infirmos. patiētes estote
ad oēs. videte ne quis malū pro
malo alicui reddat. ꝫ semp qđ bo
nū est sectamini in inuicē ⁊ in oēs
Semp gaudete. sine intermissione
orate. ī oīb⁹ grās agite. Hec est
em̄ voluntas dei in xp̄o ihu in oīb⁹
vobis Spiritū nolite extīguere. p
phetias nolite spernere Oīa aūt
pbate qđ bonū est tenete. ab oī
specie mala abstinete vos. Ipe āt
deus pacis sāctificet vos p oīa ut
integer spūs vester ⁊ aīa ⁊ corp⁹
sine querela ī aduētu dñi nostri
ihu xp̄i seruet. Fidel ē qui vocāuit
vos qui etiā faciet. Fratres orate
p nobis. Salutate fratres oēs in
osculo sācto. Adiuro vos p dñm
ut legat epla hec oīb⁹ sanctis fra
tribus. Gratia dñi nostri ihesu
xp̄i vobiscū amen.

Explicit epla p̄ma ad Thessa
lonicēses. Incipit argumētū
in epistolā secundā.

Ad thessalonicēses secū
dā scribit epla⁹ apl⁹
⁊ notū facit eis de tēpo
ribus nouissimis ⁊ de ad
uersarij dieđoe. Scribit hāc epi
stolā ab athenis p tytum dyacō
nē et onesimū acolitum.

Explicit argumentū. Incipit
epla secūda ad thessalonicēses

Paulus ⁊ siluan⁹ et
thimothe⁹ ecclesie
thessalonicensiuz in
đo patre nr̄o ⁊ dño
ihu xp̄o. grā vob et
pax a đo patre nostro ⁊ dño ihu
xp̄o. Gratias agere debem⁹ semp
đo p vobis frēs ita ut dignū est.
q̄m supcrescit fides vestra ⁊ abūdat caritas vniuscuiusq; vestruz

in inuicem: ita ut et nos ipsi in vobis
gloriemur in ecclesiis dei propatientia
vestra et fide et in omnibus persecutionibus
vestris et tribulationibus quas su
stinetis in exemplum iusti iudicij
dei ut digni habeamini in regno
dei pro quo et patimini. si tamen iustum
est apud deum retribuere tribula
tionem hijs qui vos tribulant et vo
bis qui tribulamini requiem nobi
scum in reuelatione domini ihesu de ce
lo cum angelis virtutis eius in flamma
ignis dantis vindictam hijs qui non
nouerunt deum et qui non obediunt
euangelio domini nostri ihesu xpi.
Qui penas dabunt in interitu eter
nas a facie domini et a gloria virtutis
eius: cum venerit glorificari in sanctis
suis et admirabilis fieri in omnibus
qui crediderunt. quia creditum est testi
monium nostrum super vos in die illo
In quo etiam oramus semper pro vobis
ut dignetur vos vocatione sua deus
et impleat omnem voluntatem bonita
tis sue et opus fidei in virtute: ut
clarificetur nomen domini nostri ihesu cri
sti in vobis et vos in illo secundum gra
tiam dei nostri et domini ihesu xpi. Ca. ij.

Rogamus autem vos fratres per
aduentum domini nostri ihesu cristi et
nostre congregationis in ipsum: ut non
cito moueamini a vestro sensu neque
terreamini neque per spiritum neque per ser
monem neque per epistolam tanquam per nos
missam: quasi instet dies domini. Ne quis
vos seducat vllo modo. Quoniam nisi ve
nerit discessio primum et reuelatus
fuerit homo peccati filius perditionis qui
aduersatur et extollitur super omne quod di
citur deus aut quod colitur: ita ut in tem
plo dei sedeat ostendens se tanquam sit
deus. Non retinetis quod cum adhuc es
sem apud vos hec dicebam vobis.
Et nunc quid detineat scitis: ut re
ueletur in suo tempore. Nam misterium
iam operatur iniquitatis tantum ut qui
tenet nunc: teneat: donec de medio
fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus
quem dominus ihesus interfitiet spiritu oris
sui et destruet illustratione aduen
tus sui eum cuius est aduentus secundum
operationem sathane in omni virtute et
signis et prodigijs mendacibus et in
omni seductione iniquitatis hijs qui
pereunt eo quod caritatem veritatis non
receperunt ut salui fierent. Ideo mit
tet illis deus operationem erroris ut
credant mendatio: ut iudicentur
omnes qui non crediderunt veritati. sed
consenserunt iniquitati. Nos autem debemus
gratias agere deo semper pro vobis fra
tres dilecti a deo quod elegerit nos deus
primitias in salutem in sanctificatione
spiritus et in fide veritatis in quam et vo
cauit vos per euangelium nostrum in ac
quisitione glorie domini nostri ihe
su xpi. Itaque fratres state et tenete
traditiones quas didicistis: siue
per sermonem siue per epistolam nostram
Ipse autem dominus noster ihesus cristus
et deus et pater noster qui dilexit nos
et dedit consolationem eternam et spem
bonam in gratia exhortetur corda vestra
et confirmet in omni opere et sermo
ne bono. Capitulum. iij.

Decetero fratres orate pro no
bis ut sermo dei currat et cla
rificetur sicut et apud vos et ut li
beremur ab importunis et malis
hominibus. Non enim omnium
est fides. Fidelis autem dominus
est qui confirmabit vos et custo
diet a malo. Confidimus au
tem de vobis fratres in domino.

qm̄ que p̄cipim⁹ ⁊ facitis ⁊ fatie
tis. Dn̄s aūt dirigat corda vestr̄
in caritate d̄i ⁊ patiētia xp̄i. Denū
tiamus aūt vobis fratres in noīe
dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i ut sb̄tr̄hatis vos
ab omni fratre ambulāte inordi
nate et nō scd̄m tradicōē quam
acceperūt a nobis. Ipsi em̄ scitis
quemadmodū oporteat imitari
nos. qm̄ nō inq̄eti fuim⁹ int̄ vos
neq; gratis panē māducauimus
ab aliq̄. ꝫ in labore ⁊ in fatigacōe
nocte ⁊ die opantes ne quē vr̄m
grauarem⁹. Nō quasi nō habue
rim⁹ potestatē. ꝫ ut nosmetipsos
formā darem⁹ vob̄ ad imitandū
nos. Naꝫ ⁊ cū essem⁹ apud vos
hoc denūtiabam⁹ vobis. qm̄ si q̄s
non vult opari nec māducet. Au
diuim⁹ eī int̄ vos quosdā ambu
lantes inq̄ete nihil operantes. ꝫ
curiose agentes. Hijs autē q̄ eius
modi sūt denūtiam⁹ et obsecr̄m⁹
ī dn̄o ih̄u xp̄o ut cū silentio operā
tes suū panē māducent. Vos āt
fratres nolite deficere bn̄fatiētes
Qd̄ si quis nō obedit verbo nr̄o p
epistolā hūc notate ⁊ nō ꝯmiscea
mini cū illo ut ꝯfundat̄. Et nolite
quasi initiū existimare ꝫ corripite
ut frēꝫ. Ipe aūt deus pacis det vo
bis pacē sēpiternā in oī loco. Do
min⁹ cū oīb⁹ vob̄. Salutacō mea
manu pauli qd̄ est signū ī omni
epl̄a Ita scribo Grā dn̄i nostri ihe
su xp̄i cū oīb⁹ vobis amen.

Explicit epl̄a secūda ad Thes
salonicenses.

Incipit argumentū in epl̄am
ad Thimotheū p̄mam.

Thimotheuꝫ instruit ⁊
docet de ordinacōe epi
scopatus ⁊ dyaconij ⁊
oīs ecc̄iastice discipli
ne. scribens ei a laoditia p tichicū
dyaconē.

Explicit argumentū. Incipit
epl̄a ad Thimotheū p̄ma.

Paulus apl̄us ihesu
xp̄i scd̄m imperiū d̄i
saluatoris nostri et
cristi ih̄u spei nostre
thimotheo dilecto
filio in fide grā ⁊ mi
sericordia ⁊ pax a d̄o patre ⁊ xp̄o
ih̄u dn̄o nr̄o. Sicut rogaui te ut
remanēres ephesi cū irē in macedo
niā. ut denuntiares quibusdā ne
alit̄ docerent. neq; intenderent fa
bul̄ ⁊ genealogijs int̄minatis q̄
questiones prestāt magisq̄ edi
ficacōem dei que est in fide. Finis
aūt p̄cepti ē caritas de corde puro
⁊ ꝯscīa b̄o ⁊ fide n̄ ficta. A q̄bꝫ q̄dā
aberrātes ꝯuersi sūt ī vanilo q̄uꝫ
volentes eē legis doctores nō ītel
ligētes neq; que loquūt̄. neq; de
quib⁹ affirmāt. Scim⁹ aūt q̄ b̄o
est lex si q̄s ea legittime vtat̄. sci
ens hoc q̄a lex iusto nō est posita
ꝫ iniustis ⁊ nō sb̄ditis. impijs et
peccatoribꝫ sceleratis ⁊ cōtamina
tis patricidis ⁊ matricidis homi
cidis fornicarijs. masculorū cōcu
bitorib⁹. plagiarijs. mendacibꝫ
⁊ piuris ⁊ si quid aliud sane do
ctrine adūsatur que est s̄m euan
geliū glorie bt̄i dei qd̄ creditur est
m̄. Grās ago ei qui me ꝯfortauit
in xp̄o ih̄u dn̄o nostro. q̄ fidelem
me existīauit ponēs in ministerio

Qui prius blasphemus fui & persecutor & contumeliosus. sed misericordiam dei consecutus sum. quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autem gratia domini nostri cum fide & dilectione que est in xpo ihu. Fidelis sermo & omni acceptione dignus. quod xpus ihesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere: quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum: ut in me primo omnem ostenderet xps ihesus omnem patientiam ad informationem eorum qui credituri sunt illi in vitam eternam. Regi autem seculorum immortali inuisibili soli deo honor & gloria in secula seculorum amen. Hoc preceptum commendo tibi fili timothee secundum precedentes in te prophetias: ut milites in illis bonam militiam habens fidem & bonam conscientiam. Quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt ex quibus est hymeneus & alexander quos tradidi sathane ut discant non blasphemare. Ca. ij.

Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes orationes postulationes gratiarum actiones pro omnibus hominibus pro regibus et omnibus qui in sublimitate sunt: ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro deo qui omnes homines vult saluos fieri & ad agnitionem veritatis venire. Unus enim deus unus & mediator dei & hominum homo xps ihesus qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. Cuius testimonium temporibus suis confirmatum est in quo positus sum ego predicator & apostolus. Veritatem dico non mentior: doctor gentium in fide & veritate. Volo ergo viros orare in omni loco: leuantes puras manus sine ira & disceptatione. Similiter & mulieres in habitu ornato cum verecundia et sobrietate ornantes se et non in tortis crinibus aut auro aut margaritis vel veste pretiosa. sed quod decet mulieres: promittentes pietatem per opa bona. Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Docere autem mulieri non permitto neque dominari in virum. sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est deinde eua & adam non est seductus. mulier autem seducta in preuaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem: si permanserit in fide et dilectione & sanctificatione cum sobrietate. Ca. iij.

Fidelis sermo. Si quis episcopatum desiderat: bonum opus desiderat. oportet enim episcopum irreprehensibilem esse. vnius uxoris virum. sobrium. ornatum. prudentem. pudicum. hospitalem. doctorem. non vinolentum. non percussorem. sed modestum. non litigiosum. non cupidum. sed sue domui bene prepositum. filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui sue preesse nescit: quomodo ecclesie dei diligentiam habebit. Non neophitum ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab his qui foris sunt: ut non in obprobrium incidat & in laqueum diaboli. Diaconos similiter pudicos. non bilingues. non multo vino deditos. non turpe lucrum sectantes: habentes misterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum et sic ministrent nullum crimen habentes.

Mulieres similit̄ pudicas. nō de
trahentes. sobrias fideles in oībꝫ
Dyacones sint vni⁹ vxoris viri q̄
filijs suis bene presint ⁊ suis domi
b⁹. Qui em̄ bn̄ ministrauerint: g̃
dū bonū sibi acquirent et multaꝫ
fidutiā in fide que est in xp̄o ihesu
hec tibi scribo fili thimothee. spe
rans me ad te venire cito. Si aūt
tardauero ut scias q̄uo oporteat
te ī domo dei cōuersari que ē eccle
sia dei viui: colūna ⁊ firmamentū
veritatis. Et maīfeste magnū est
pietatis sacramentuꝫ q̄d manife
statū ē in carne. iustificatū ē ī spū
apꝑuit angel' predicatū est gen
tib⁹ creditū est ī mūdo. assumptū
est in gloria. Ca. iiij.

Spiritus aūt manifeste dic̄.
q̄ in nouissimis tp̄ibꝫ disce
dent quidā a fide. attendētes spiri
tib⁹ erroris ⁊ doctrinis demonio
rū in ypocrisi. loquētiū mēdatiuꝫ
⁊ cauteriataꝫ habentiū suā ꝯsciaꝫ
ꝓhibentiū nubere. abstīere a cib̄
quos de⁹ creauit ad ꝑcipienduꝫ
cū gratiarūactione fidelib⁹ ⁊ hijs
qui cognouerunt veritatē. q̄ oīs
creatura dei bō et n̄l reitienduꝫ q̄d
cū grārūactione ꝑcipit̄. Sanctifi
cat̄ eī ꝑ verbū dei ⁊ oracōeꝫ. Hec
ꝓponens fratribꝫ bon⁹ eris mini
ster ih̄u xp̄i. enutritus verb̄ fidei
⁊ bone doctrine quā assecutus es.
Ineptas aūt ⁊ aniles fabulas de
uita. Exerce aūt teip̄m ad pietatē
Nā corpal' exercitacō ad modicū
vtilis est. Pietas aūt ad om̄a vti
lis est. ꝓmissionē hn̄s vite q̄ nūc
ē ⁊ future Fidel' sermo ⁊ omni ac
cepcōne dign⁹. In hoc em̄ labora
m⁹ et maledicimur q̄ speram⁹ in
deū viuū. qui est saluator oīm ho
minū maxime fideliū. Precipe hec
⁊ doce. Nemo adolescentiā tuaꝫ cō
tēnat. ꝫ exēplū esto fideliū. in ver
bo. in ꝯuersacōne. in caritate. in fi
de. in castitate. Dū venio attēde le
ctioni. exhortacōni. doctrine. Noli
negligere grāꝫ q̄ in te est que da
ta est tibi ꝑ ꝓphetiā cū imposicōe
manuū presbiterij. Hec meditaē
in hijs esto ut ꝓfectus tu⁹ mani
festus sit oīb⁹. Attende em̄ tibi ⁊
doctrine. insta in illis. Hoc em̄ fa
tiens ⁊ teip̄m saluū faties et eos
qui te audiunt. Ca. v.

Seniorez ne increpaueris sed
obsecra ut patrē. Iuuenes
ut fratres. anus ut matres. iuuē
culas ut sorores in omī castitate.
Viduas honora. que vere vidue
sūt. Si qua aūt vidua filios aut
nepotes habet. discat p̄mū domū
suā regere ⁊ mutuā vicē reddē pa
rentibꝫ. Hoc em̄ acceptū est corā
dō. Que aūt vere vidua ē ⁊ desola
ta speret in deum ⁊ instet obsecra
tionib⁹ ⁊ oracōnib⁹ nocte ⁊ die.
Nā que in delicijs est: viuēs mor
tua est. Et hoc p̄cipe. ut irrep̄hensi
biles sint. Si quis aūt suoꝝ ⁊ ma
xime domesticoꝝ curā nō habet.
fidē negauit ⁊ est infideli deterior.
Vidua eligat̄ nō min⁹ sexagīta
annoꝝ que fuerit vni⁹ viri vxor
in opib⁹ bonis testimoniū hn̄s.
si filios educauit. si hospitio rece
pit. si sanctoꝝ pedes lauit. si tribu
lacōnem patientib⁹ subministra
uit. si oē opus bonū subsecuta ē.
Adolescentiores aūt viduas deui
ta. Cū em̄ luxuriate fuerint ī xp̄o
nubere volūt. hn̄tes dānacōnem

q̄ primā fidē irritaꝫ fecerūt. Simil̄
autē ꝛ otiose discunt circuire do
mos. nō solū otiose ꝫ ꝛ verbose ꝛ
curiose: loquentes que non opor
tet. Volo autē iuniores nubere. fi
lios ꝓcreare. matresfamilias esse
nullā occasionem dare adūsario
maledicti grā. Jam em̄ quedā cō
uerse sūt retro sathanā. Si quis
fidelis habet viduas sb̄ministret
illis ut nō grauet̄ eccīa: ut hijs q̄
vere vidue sūt suffitiat. Qui bn̄ p̄
sunt presbiteri duplici honore di
gni habeāt̄: maxime qui laboānt
in verbo ꝛ doctrina. Dicit em̄ scri
ptura. Nō infrenab̄ os boui tritu
ranti. Et dign⁹ est oparius mer
cede sua. Aduersus presbiterū ac
cusacōeꝫ noli recipe. nisi sub duo
bus aut trib⁹ testib⁹. Peccātes
corā oīb⁹ argue: ut ꝛ ceteri timo
reꝫ habeant. Testor corā deo ꝛ cri
sto ihesu ꝛ electis angel̄ ut hec cu
stodias sine p̄iuditio: nl̄ fatiens
in alterā partē declinando. Man⁹
cito nemini imposueis: neq̄ ꝯmu
nicaueris peccatis alieīs. Teipsū
castū custodi. Noli adhuc aquā
bibere. ꝫ modico vino vtere ꝓp̄t̄
stomachū tuū ꝛ frequētes tuas ī
firmitates. Quorūdaꝫ hoīm pctā
manifesta sūt precedētia ad iudi
tiū. quosdā aūt subsequūt̄. Simi
lit̄ ꝛ facta bona manifesta sunt ꝛ
que alit̄ se hn̄t abscōdi non pn̄t.

Quicūq̄ sūt sub iu Ca. vi.
go serui dn̄os suos oī hono
re dignos arbitrent̄: ne nomē do
mī ꝛ doctrina blasphemet̄. Qui āt
fideles hn̄t dn̄os non ꝯtēnant q̄
fratres sūt. ꝫ magis seruiāt q̄a fi
deles sunt ꝛ dilecti. q̄ bn̄ficij ꝑtici
pes sunt. Hec doce ꝛ exhortare. Si
quis alit̄ docet ꝛ nō acquiescit sa
nis sermonib⁹ dn̄i nostri ihu cri
sti ꝛ ei que scd̄ꝫ pietatē ē doctrine
supbus nihil sciēs ꝫ lāguens cir
ca questiones ꝛ pugnas verboꝝ
ex quibꝫ oriunt̄ inuidie ꝯtencōes
blasphemie suspicōnes male. ꝯfli
ctationes hominū mēte corrupto
rū ꝛ q̄ veitate priuati sūt: existimā
tiū questū eē pietatē. Est aūt que
stus magnus. pietas cū suffitien
tia. Nihil em̄ intulim⁹ in hūc mū
dum. haut dubiū q̄ nec auferre
q̄d possum⁹. Habentes aūt alimē
ta ꝛ quib⁹ tegamur: hijs contēti
sum⁹. Nā qui volunt diuites fieri
incidūt in temptacōem ꝛ ī laque
um dyaboli ꝛ desideria multa inu
tilia et nociua que mergūt hoīes
in interitū ꝛ ꝑdicōem. Radix em̄
oīm maloꝝ ē cupiditas quā qui
dā appetentes errauerūt a fide et
inseruerūt se doloribꝫ multis. Tu
aūt o hō dei hec fuge. Sectare vero
iustitiā. pietatē. fidē. caritatē. p ati
entiā. mansuetudinē. Certa bonū
certamē. apprehēde vitā eternā in
q̄ vocatus es ꝛ ꝯfessus bonā cōfes
sionē coraꝫ multis testib⁹. Preci
pio tibi corā dō qui viuificat oīa
ꝛ xp̄o ihu qui testimoniuꝫ reddi
dit sb̄ pontio pilato bonā cōfessio
nē: ut serues mandatū sine macu
la irrep̄hensibile vsq̄ in aduētuꝫ
dn̄i nr̄i ihu xp̄i quē suis tēpibus
oñdet btūs ꝛ solus potēs rex regū
ꝛ dn̄s dominantiū q̄ solus habet
immortalitatē ꝛ lucē inhabitat in
accessibilē quē null⁹ hoīm vidit
sed nec videre potest cui honor ꝛ
imperium sempiternum amen.

diuitib⁹ hui⁹ seculi p̄cipe nō sub
lime sape. neq; sperare in incerto
diuitiaꝝ sed in dō viuo qui p̄stat
nob omīa abūde ad fruendū bñ
agere. diuites fieri in bonis opib;
facile tribuere. ꝯmunicaē. thesau
risare sibi fundamētū bonū in fu
tuꝝ. ut apprehēdant verā vitā. O
thimothee depositu; custodi. deui
tans ꝓphanas vocū nouitates ⁊
oppositiōes falsi noīs sciētie quaꝫ
quidā ꝓmittētes circa fidē excide
runt. Gratia tecū amen.

Explicit epl'a p̄ma ad Thimo
theū. Incipit argumentū in
epl'aꝫ secundā.

Tez thimotheo scribit de exhorta
tiōe martirij ⁊ oīs regule veritatis
⁊ q̄d futuꝝ sit tēpib⁹ nouissimis
⁊ de sua passione scribēs a roma.

Explicit argumentū. Incipit
epl'a secūda ad Thimotheū.

Paulus apl'us ihesu
xp̄i p voluntatez dei
scdm ꝓmissionē vi
te que est ī xp̄o ihu
thīotheo carissimo
filio gratia ⁊ misericordia et pax
a dō patre nostro ⁊ xp̄o ihu dño
nr̄o Grās ago deo meo cui ſuio a
ꝓgenitorib⁹ meis in cōscīa pura
q̄ sine intermissione habeaꝫ tui me
moriā in oratiōib⁹ meis nocte ac
die desiderans te videre memor la
crimaꝝ tuaꝝ. ut gaudio implear
Recordacōem accipiens ei⁹ fidei
que est ī te nō ficta q̄ ⁊ habitauit
p̄mū ī auia tua loide ⁊ matre tua
eunice. cert⁹ sū aūt q̄ ⁊ in te. Pro
pter quā causaꝫ āmoneo te. ut re
suscites gratiaꝫ dei que est in te p
īpositiōem manuū meaꝝ. Nō em̄
dedit nobis deus spm̄ timoris. sed
virtutis ⁊ dilectiōis ⁊ sobrietatis
Noli itaq; erubescere testimoniuꝫ
dñi nostri neq; me vinctū ei⁹. sed
collabora euāgelio ſm virtutem
dei qui nos liberauit ⁊ vōuit voca
tione sua sācta. nō scdm opa nr̄ā
ſ scdm ꝓpositū suū ⁊ grāꝫ que da
ta est nobis ī xp̄o ihu añ tpa secu
laria. Manifestata est autē nūc p
illuminatōem saluatoris nr̄i ihu
xp̄i qui destruxit quidē mortē. illu
minauit aūt vitā ⁊ incorruptōeꝫ
p euāgeliū in quo positus sū ego
p̄dicator ⁊ apl'us et magister gē
tiū. Ob quā causā etiā hec patior.
ſ nō cōfundor. Scio eī cui credidi
⁊ certus sū q̄ potens est depositū
meū seruare in illū diē Formā ha
be sanoꝝ verboꝝ q̄ a me audisti ī
fide ⁊ in dilectione in xp̄o ihu. Bo
nū depositū custodi p spm̄ sanctū
qui habitat in nob. Scis em̄ hoc
q̄ auſi sūt a me oēs qui ī asia sūt
ex quib⁹ est phigel⁹ ⁊ hermoge
nes. Det misericordiā dñs onesi
fori domui. q̄a sepe me refrigeāuit
⁊ cathenā meā non erubuit. ſ cū
romaꝫ venisset sollicite me quesi
uit ⁊ inuenit. Det illi dñs inueni
re misericordiā a dō in illa die. Et
quāta ephesi ministr̄uit mihi tu
melius nosti. Ca. ij.

Tu ḡ fili mi ꝯfortare ī gratia
que est in xp̄o ihu ⁊ q̄ audi
sti a me p multos testes hec ꝯmē
da fidelib⁹ hominib⁹ qui ydonei
erunt ⁊ alios docere. Labora sicut
bon⁹ miles xp̄i ihu. Nēo militās

deo implicat se negociis secularibus ut ei placeat cui se probauit. Nā ⁊ qui certat in agone nō coronabit nisi legittime certauerit. Laborantē agricolā oportet primū de fructib⁹ accipe. Intellige que dico. dabit em̄ tibi dn̄s in oībus intellectū. Memor esto dn̄m ihesū xp̄m resurrexisse a mortuis ex semine dauid scd̄m euangeliū meū in quo laboro vsq; ad vincula quasi male opans. ꝫ verbū dei nō est alligatū. Ideo oīa sustineo ꝓpter electos: ut ⁊ ip̄i salutē ꝯsequant̄ q̄ est in xp̄o ih̄u cū gloria celesti. Fidelis ꝑmo. Nā si cōmortui sum⁹ ⁊ cōuiuem⁹. si sustinebim⁹ ⁊ cōregnabim⁹. si negauerim⁹ ⁊ ille negabit nos. si nō credim⁹. ille fidelis ꝑmanet: negare seip̄m nō pōt. Hec aūt ꝯmone testificās coram deo. Noli cōtendere verb̄. ad nihil em̄ vtile ē nisi ad subuersionē audientiū. Sollicite aūt cura teipsū ꝓbabilē exhibere deo. operariū inꝯfusibilē. recte tractantē verbū veritatis. Prophana aūt ⁊ nanilo quia deuita. Multū em̄ ꝓfitiūt ad impietatē ⁊ sermo eoꝝ ut cancer serpit. Ex quib; est hymeneus ⁊ philetus qui a veritate exciderūt dicētes resurrectionē eē iā factā ⁊ subuerterūt quorūdaꝫ fidē. Sꝫ firmū fundamentū dei stat: hn̄s signaculū hoc Cognouit dn̄s qui sūt ei⁹ ⁊ discedat ab iniq̄tate oīs q̄ inuocat nomē dn̄i. In magna aūt domo nō solū sūt vasa aurea ⁊ argentea. ꝫ ⁊ lignea ⁊ fictilia ⁊ quedā quidē in honorē. quedā āt in ꝯtumeliā. Si quis ꝯ emūdauerit se ab istis. erit vas in honorē sanctificatū ⁊ vtile dn̄o ad omne opus bonū paratū. Iuuenilia autē desideria fuge. sectaē vero iustitiā fidē spem ⁊ caritatē ⁊ pacē cū hijs qui inuocant dominū de corde puro. Stultas aūt et sine disciplina questiones deuita: sciens q̄ generāt lites. Seruū aūt dn̄i nō oportet litigaē. ꝫ mansuetū eē ad oēs docibilē. patientē. cum modestia corripientē eos qui resistūt veritati. neq̄n deus det illis penitentiā ad ꝯgnoscendā veritatē ⁊ resipiscāt a dyaboli laqueis a quo captiui tenent̄ ad ipsius voluntatē.

Hoc aūt scito q̄ Ca. iij. in nouissimis diebus instabūt tp̄a piculosa et erūt hoīes seipōs amātes. cupidi. elati. supbi. blasphemi. ꝑntib; nō obedientes ingrati. scelesti. sine affectione. sine pace. criminatores. incontinētes. immites. sine beīgnitate proditores. ꝓterui. tumidi ⁊ voluptatū amatores magis q̄ dei: hn̄tes spetiē quidē pietatis. virtutē aūt ei⁹ abnegantes. Et hos deuita. Ex hijs em̄ sunt q̄ penetrāt domos ⁊ captiuas ducūt mulierculas oneratas peccatis que ducūt̄ varijs desiderijs: semp discētes ⁊ nunq̄ ad scientiā veritatis ꝑuenientes. Quēadmodū aūt iānes ⁊ mambres restiterūt moysi: ita et hij resistunt veritati: homines corruptimente. reprobi circa fidē. ꝫ vltra non profitient. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus sicut ⁊ illoꝝ fuit. Tu aūt assecutus es meā doctrinā. institucōnem. ꝓpositū. fidē. lōganimitatē. dilectōnē. patiētiaꝫ. ꝑsecucōes. passiōes

qualia m̄ facta sūt antiochie yco
nio listris. q̄les psecutiones fusti
nui et ex oīb⁹ eripuit me dn̄s. Et
oēs q̄ pie volūt viuere in xp̄o ih̄u
psecucōem patient̄. Mali aūt ho
mines ⁊ seductores ꝓficient ī pei⁹
errātes ⁊ in errorē mittentes Tu
vero ꝑmāe ī hijs q̄ didicisti ⁊ cre
dita sūt tibi. sciēs a quo didiceris
⁊ q̄ ab infantia sacras lr̄as nosti
q̄ te pn̄t instruere ad salutē ꝑ fidē
que est in xp̄o ih̄u. Oīs scriptura
dīnitus inspirata vtilis ē ad docē
dū. ad arguēdū. ad corripiendū
ad erudiendū in iustitia. ut ꝑfe
ctus sit hō dei ad omne op⁹ bonū
instructus. Ca. iiij.

Testificor coraꝫ deo ⁊ ih̄u xp̄o
qui iudicaturus est viuos
⁊ mortuos ⁊ aduētū ipi⁹ ⁊ regnū
ei⁹. p̄dica verbū. insta oportune
īportune. argue. obsecra. increpa
in oī patientia ⁊ doctrina Erit em̄
temp⁹ cū sanā doctrinā n̄ sustine
bunt. ꝫ ad sua desideria coacerba
būt sibi magistros pruriētes au
rib⁹ ⁊ a veritate quidē auditū au
tent. ad fabulas aūt ꝯuertent̄. Tu
vero vigila. in om̄b⁹ labora. op⁹
fac euāgeliste. ministeriū tuū im
ple. sobrius esto. Ego em̄ iaꝫ deli
bor ⁊ tp̄us resolucōis mee instat
Bonū certamē certaui. cursuꝫ ꝯsū
maui. fidē ꝑuaui. In reliquo repo
sita est mihi corona iustitie quā
reddet m̄ dn̄s in illa die iustus iu
dex. Nō solū aūt mihi ꝫ ⁊ hijs qui
diligūt aduentū eius Festina ad
me venire cito. Demas eī me reli
quit diligens hoc seculuꝫ et abijt
thessalonicā. crescens in galatiā.
thitus in dalmatiā. lucas ē mecū
solus. Marcū assume ⁊ adduc te
cum. ē em̄ m̄ vtilis in ministerio.
Thichicū aūt misi ephesū Penu
laꝫ quā reliq̄ troade apud carpū
veniens affer tecū ⁊ libros. maxi
me aūt mēbranas. Alexāder era
rius multa mala m̄ oñdit. reddet
illi dn̄s scd̄m opa ei⁹ queꝫ ⁊ tu de
uita. Valde em̄ resistit verb̄ nr̄is
In p̄ma mea defensione nemo m̄
affuit. ꝫ oēs me dereliquerūt: nō
illis reputet̄. Dn̄s aūt m̄ astitit et
ꝯfortauit me ut ꝑ me predicacō ī
pleat̄ ⁊ audiāt oēs gētes q̄ libeā
t⁹ fū de ore leoīs Libeāuit me dn̄s
ab oī ope malo et saluū fatiet in
regnū suū celeste. cui gloria ī secu
la seculoꝝ amen. Saluta priscillā
⁊ aquilā ⁊ onesifori domū Erast⁹
remansit corinthi. trophimū aūt
reliqui īfirmuꝫ mileti. Festina añ
hyemē venire. Salutāt te eubol⁹
⁊ pudens ⁊ linus ⁊ claudia ⁊ fra
tres oēs. Dn̄s ih̄us xp̄us cuꝫ spū
tuo. Gratia vobiscū amen.

Explicit epl̄a secunda ad Thi
motheū. Incipit argumentū
in epl̄am ad Thitū.

Thitū ꝯmonefacit ⁊ in
struit de cōstitucōe pre
sbiterij et de spūali ꝯu
sacōne ⁊ hereticis vitā
dis qui tradicōnib⁹ iudaicis cre
dūt scribens ei a nycopoli.

Explicit argumentū. Incipit
epl̄a ad Thitū.

Paulus seru⁹ dei apl̄us
autem ih̄u xp̄i scd̄m fi
dē electoꝝ dei ⁊ agnicō
nē veritatis que scd̄m

pietatē est in spez vite eterne quā
ꝓmisit qui non mentit̄ deus añ tē
pora secularia. manifestauit aūt
tempib⁹ suis verbū suū in p̄dica
tione que credita est m̄ scd̄m p̄ce
ptuz saluatoris nostri dei: thyto
dilecto filio scd̄m ꝯmunē fidē grā
ꝛ pax a deo patre ꝛ xp̄o ihu salua
tore nostro. Hui⁹ rei grā reliq̄ te
crete ut ea que desunt corrigas ꝛ
cōstituas ꝑ ciuitates presbiteros
sicut et ego disposui tibi si quis si
ne crimine est vni⁹ vxoris vir: fi
lios hn̄s fideles nō in accusatiōe
luxurie aut nō subditos. Oportet
eī ep̄m sine crimine eē sicut d̄i dis
pensatorē: nō supbū. nō iracūdū
nō vinolentuz. nō ꝑcussorem. nō
turpis lucri cupidū. ꝫ hospitalez.
benignū. sobriū. iustū. sanctū. cō
tinentē. amplectentez eū qui scd̄m
doctrinā est fidelē sermonē: ut po
tens sit exhortari in doctrina sana
ꝛ eos qui ꝯtr̄dicūt arguere. Sūt
em̄ multi etiā inobedientes. vani
loq̄ ꝛ seductores. maxime q̄ de cir
cūcisione sūt quos oportet redar
gui qui vniuersas domos sb̄uer
tunt: docētes que nō oportet tur
pis lucri grā. Dixit quidā ex illis
ꝓprius ip̄oꝝ ꝓpha. Cretenses sēp
mēdaces. male bestie. vētris pigri
Testimoniū hoc verū ē. Quaz ob
causaz increpa illos dure ut sani
sint ī fide: nō intendētes iudaicis
fabul̄ et mādatis hoīm auersan
tiū se a veritate. Oīa mūda mūdis
coinquinatis aūt ꝛ infidelib⁹: nl̄
est mūdū. ꝫ inquinate sūt eoꝝ ꝛ
mens ꝛ conscientia. Confitentur
se nosse deum. factis autem ne
gāt: cum sint abhominati ꝛ incre
dibiles ꝛ ad omne opus bonum
reprobi.

Capitulū. ij.

Tu aūt loquere que decet sa
nam doctrinaz. Senes ut so
brij sint. pudici. prudentes. sani
in fide. in dilectione in patientia.
Anus similit̄ in habitu sācto. nō
crimīatrices. ñ multo vīo s̄uiētes
bn̄ docētes ut prudētiā doceāt Ado
lescentulas ut viros suos amēt.
filios suos diligāt. prudentes. ca
stas. sobrias dom⁹ curā habētes
benignas. subditas viris suis: ut
ñ blasphemet̄ verbū d̄i. Iuuenes
similiter hortare ut sobrij sint. In
omnibz teip̄m prebe exēplū bono
rū operꝝ: in doctrina. ī integritate.
in grauitate. Verbuz sanū irrep̄
hensibile: ut is qui ex aduerso ē
vereat̄: nihil habens malū dicere
de nob̄ Seruos dn̄is suis sb̄ditos
eē in oīb⁹ placētes. nō cōtradicē
tes. nō fraudātes. ꝫ in oīb⁹ fidez
bonā oñdentes: ut doctrinā salua
toris nostri dei ornēt in omnib⁹.
Apparuit em̄ gratia d̄i saluatoris
nostri oīb⁹ hominib⁹ erudiens
nos: ut abnegātes impietatē ꝛ se
cularia desideria. sobrie ꝛ iuste et
pie viuam⁹ in hoc seculo: expectā
tes beataz spem ꝛ aduentū glorie
magni dei ꝛ saluatoris nostri ihu
xp̄i qui dedit semetip̄m ꝑ nobis
ut nos redimeret ab omni iniqui
tate ꝛ mundaēt sibi populū acce
ptabilē sectatorem bonoꝝ operꝝ.
Hec loquere ꝛ exhortare ꝛ argue
cum omni imperio. Nemo te con
temnat.

Capitulū. iij.

Ammone illos p̄ncipibz ꝛ po
testatibz subditos eē: dicto
obedire. ad oē op⁹ bonū ꝑatos eē

neminez blasphemare. nō litigio
sos eē. ꝫ modestos. oēm oñdentes
mansuetudinē ad oēs hoīes. Era
m⁹ em̄ aliqñ et nos insipiētes in
creduli errātes ꝯuientes desideriis
⁊ voluptatib⁹ variis ⁊ malitia ⁊
īuidia agētes. odibiles. odiētes
inuicē. Cū aūt benigtas ⁊ huma
nitas apparuit saluatoris nr̄i dei
nō ex opib⁹ iustitie que fecimus
nos ꝫ scd̄m suaz misericordiā sal
uos nos fecit ꝑ lauacꝝ regn̄atio
nis ⁊ renouacōis spūssancti quē
effudit in nos abūde ꝑ ihm xp̄m
saluatorez nr̄m ut iustificati gtia
ipsi⁹ heredes sim⁹ scd̄m spem vite
eterne. Fidel' sermo est. Et de hiis
volo te ꝯfirmare. ut curent bonis
opib⁹ preesse qui credūt d̄o. Hec
sunt bō et vtilia hō inib⁹. Stultas
aūt questiones ⁊ genealogias ⁊
ꝯtencōnes ⁊ pugnas legis deuita
Sūt em̄ inutiles ⁊ vane Hereticū
hoīem post vnā ⁊ scd̄az correptio
nē deuita. sciens qꝛ subuersus est q̄
eiusmodi est ⁊ delinq̄t cū sit ꝓprio
iuditio ꝯdēnat⁹. Cū misero ad te
arteman aut tychicū. festina ad
me venire nicopoli. Ibi em̄ statui
hyemare. zenam legisperitū ⁊ ap
pollo sollicite p̄mitte. ut nihil ill'
desit. Discāt autē ⁊ nostris bonis
opib⁹ p̄esse ad vsus necessarios
ut nō sint infructuosi. Salutāt te
qui mecū sūt oēs. Saluta eos qui
nos amāt in fide. Gratia dei cum
omnib⁹ vobis amen.

Explicit epistola ad Thitū.
Incipit argumētū in epistolā
ad Philemonem.

Philemoni faīliares lit
teras facit ꝑ onesimo
seruo ei⁹: scribēs ei ab
vrbe roma de carcere ꝑ
suprascriptū onesimū.

Explicit argumentū. Incipit
epl'a ad Philemonē.

Paulus vinctus xp̄i
ihu et thimotheus
frater philemoni di
lecto adiutori nr̄o ⁊
appie sorori carissiē
⁊ arcippo ꝯmilitoī nostro ⁊ eccīe
que in domo tua est. Gratia vob
⁊ pax a d̄o p̄re nostro ⁊ dn̄o ihesu
xp̄o. Gratias ago d̄o meo semper
memoriā tui fatiens in oracōib⁹
meis audiens caritatē tuā ⁊ fidez
quā habes in dn̄o ihu ⁊ in om̄es
sāctos. ut ꝯmunicacō fidei tue eui
dens fiat in agnicōne oīs operis
boni in xp̄o ihu. Gaudiuz em̄ ma
gnū habui ⁊ cōsolacōez in carita
te tua. qꝛ visceā sanctoꝝ requieue
runt ꝑ te frat'. Propt' qd multā fi
dutiaz habens in xp̄o ihu imperā
di tibi qd ad rem ꝑtinet. ꝓpt' cari
tatez magis obsecro cū sis tal' ut
paulus senex nūc aūt ⁊ vinctus
ihu xp̄i. obsecro te pro meo filio
quez genui in vincul' onesimo q̄
tibi aliqñ inutil' fuit. nunc aūt ⁊
m̄ ⁊ tibi vtilis quē remisi tibi. Tu
autez illuz ut mea viscera suscipe.
Quē ego volueram mecū detinere
ut ꝑ te m̄ ministraret in vinculis
euāgelij. Sine cōsilio āt tuo nihil
volui facere vti ne velut ex necessi
tate bonū tuū eēt. ꝫ volūtariū. For
sitā em̄ ideo discessit ad horaz ad
te ut eternū illū recipes. iaz nō ut

seruū ꝫ ꝑ seruo carissimū fratrē: maxime m̄. Q̄nto aūt magis tibi ⁊ in carne et in dño. Si ergo hēs me sotium: suscipe illū sicut me. Si aūt aliquid nocuit tibi aut debet hoc m̄ imputa. Ego paulus scripsi mea manu. Ego reddaꝫ: ut nō dicā tibi ꝙ ⁊ teip̄m mihi debes. Ita frat̄ ego te fruar in dño refice viscera mea in xp̄o. Cōfidens in obedientia tua scripsi tibi: sciens qm̄ ⁊ super id qd̄ dico faties. Simul ⁊ para mihi hospitiū. nam spero ꝑ oratiōes vestras donari me vob̄. Salutat te epafras ɔcaptiuꝰ meꝰ in xp̄o ih̄u: marcus aristarchꝰ demas ⁊ lucas adiutores mei. Grā domini nostri ih̄u cristi cum spiritu vestro amen.

Explicit epistola ad philemonem. Incipit argumentuꝫ in ep̄lam ad Hebreos.

In p̄mis dicendū ē cur apostolus paulus in hac ep̄la scribendo nō seruauerit moreꝫ suuꝫ: ut vel vocabulū nominis sui vel ordīs describeret dignitateꝫ. Hec causa est ꝙ ad eos scribens qui ex circūcisione crediderant quasi gentiū apostolus ⁊ ñ hebreoꝝ. sciensq̄ eoꝝ supbiam. suāq̄ humilitatē ip̄e demōstr̄ns: meritū officij sui noluit anteferre. Nā simili mō etiā iohānes ap̄lus ꝓpter humilitatē ī epistola sua nomen suū eadē racōne nō pretulit. Hanc ergo epistolaꝫ fertur apostolus ad hebreos cōscriptam hebraica lingua misisse cuius sensum ⁊ ordinem retinens lucas euangelista post excessum apostoli pauli greco sermone cōposuit.

Explicit argumentū. Incipit epistola ad Hebreos.

Multipharie m̄ltisq̄ modis olim deus loquens patribus in ꝓphetis: nouissime diebus istis locutꝰ est nobis in filio queꝫ constituit heredem vniuersoruꝫ per quem fecit ⁊ secula. Qui cum sit splendor glorie ⁊ figura sustantie eius. portāsq̄ omnia verbo v̄tutis sue purgationem peccatoꝝ fatiens. sedet ad dexteraꝫ maiestatis in excelsis tn̄to melior angelis effectus q̄nto differentius pre illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquādo angelorum filius meus es tu ego hodie genui te. Et rursū. Ego ero illi in patrem ⁊ ipse erit mihi in filium. Et cum iterum introducit p̄mogenitum in orbem terre dicit. Et adorent eum omnes angeli d̄i. Et ad angelos quidem dicit. Qui facit angelos suos spiritus ⁊ ministros suos flammaꝫ ignis. Ad filium autem. Thronus tuus deus in seculum seculi. virga equitatis virga regni tui. Dilexisti iustitiam ⁊ odisti iniquitatem. propterea vnxit te deꝰ deꝰ tuꝰ oleo exultationis pre participibus tuis. Et tu in principio domine terram fūdasti et opera manuum tuarum sunt celi. Ipsi peribunt tu autem permanebis ⁊ omnes ut vestimētum veterascent. Et velut amictuꝫ mutabis eos ⁊ mutabunt̄. tu aūt idē ip̄e es ⁊ anni tui non defitient.

Ad quē aūt angeloꝝ dixit aliqñ
sede a dextris meis q̄adusq̄ ponā
ĩimicos tuos scabellū pedū tuoꝝ.
Nōne oēs sūt āministr̄torij spūs
ĩ ministeriū missi ꝓpt̄ eos qui he
reditatez capiūt salutis. Ca. ij.
Propterea abūdantiꝰ opor
tet obseruaē nos ea que au
diuimꝰ. ne forte pefluamꝰ. Si eī
qui p angelos dictus est ꝑmo fa
ctus est firmꝰ ⁊ oīs preuaricatio
⁊ inobedientia accepit iustā mer
cedis retribucōem. qūo nos effu
giemꝰ si tantaz neglexerimꝰ salu
tez. Que cū initiū accepisset enar
rari p dñm ab eis qui audierunt
in nos ꝯfirmata est ꝯtestante dō
signis ⁊ portentis ⁊ varijs virtu
tibz ⁊ spūssancti distribucōibz ꝑm
suā voluntatē. Nō em̄ angel' sbie
cit deus orbē terre futuꝝ de quo lo
quimur. Testatus est aūt ĩ quo
dā loco quis dicens. Quid est hō
q̄ memor es eiꝰ aut filius hōinis
qm̄ visitas eū. Minuisti eū paulo
minꝰ ab angel'. gloria et honore
coronasti eū ⁊ cōstituisti eū super
opa manuū tuaꝝ. Omīa sbiecisti
sb pedibꝰ eiꝰ. In eo eī q̄ oīa ei sb
iecit: nihil dimisit nō subiectū ei.
Nūc aūt necdū videmꝰ omīa sbie
cta ei. Eū aūt qui modico q̄ ange
li minoratus est videmꝰ ihm ꝓpt̄
passionē mortis gloria et honore
coronatū. ut grā dei p oībz gusta
ret mortē. Decebat em̄ eū ꝓpt̄ quē
omīa ⁊ p quē omīa. qui multos fi
lios in gloriā adduxerat: auctorē
salutis eoꝝ p passionē ꝯsūmari.
Qui em̄ sanctificat ⁊ qui sāctificā
tur ex vno oēs. Propt̄ quā causā
nō ꝯfundit̄ fratres eos vocare di
cens. Nūtiabo nomē tuū fratribꝰ
meis. in medio eccīe laudabo te
Et iteꝝ. Ego ero fidens in eū. Et ite
ruz. Ecce ego ⁊ pueri mei quos de
dit mihi deꝰ. Quia ḡ pueri cōmu
nicauerūt carni ⁊ sanguini ⁊ ipse
similit̄ pticipauit eisdē. ut p mor
tem destrueret eū q̄ hēbat mortis
imperiū idest dyabolū ⁊ liberaret
eos qui timore mortis p totā vitā
obnoxij erant seruituti. Nusq̄ eī
angelos apprehēdit. ꝫ semē abra
he apprehendit. Vñ debuit p oīa
fratribz similari. ut misericors fie
ret ⁊ fidelis pontifex ad deuz. ut re
propitiaret delicta ꝓpl'i. In eo em̄
in quo passus est ipe et tēptatus
potēs ē et eis q̄ tēptant̄ auxiliari.
Nde fratres sācti vo Ca. iij.
cacōis celestis pticipes. cōsiderate
apostolū ⁊ pōtificē ꝯfessionis nr̄e
ihm qui fidelis est ei qui fecit illū
sic ⁊ moyses in oī domo eiꝰ. Am
plioris em̄ glorie iste p̄ moyse di
gnꝰ ē habitus. qñto ampliorem
honorez habet domꝰ q̄ fabricauit
illaz. Oīs nāq̄ domꝰ fabricat̄ ab
aliq̄. Qui aūt omīa creauit deꝰ. Et
moyses quidē fidel' eāt in tota do
mo eiꝰ tāq̄ famulꝰ ĩ testimoniuz
eoꝝ q̄ dicenda erant. xp̄us vero
tāq̄ filius ĩ domo sua. Que domꝰ
sumꝰ nos. si fidutiā ⁊ gloriaz spei
vsq̄ ad finez firmam retineamꝰ.
Quapropt̄ sicut dicit spūssanctꝰ
hodie si vocē eius audieritis noli
te obduraē corda vr̄a. sicut in ex
acerbacōne scd̄m diē temptacōis
in deserto. Vbi temptauerūt me
pr̄es vr̄i. ꝓbauerūt ⁊ vider̄t opa
mea quadraginta annis. Propt̄
qd̄ offensus fui generacōni huic

et dixi semp errāt corde. Ipi autez
nō ꝯgnouerūt vias meas quibz
iuraui in ira mea si introibunt in
requiē meā. Videte fratres ne for
te sit in aliquo vestr cor malū in
credulitatis discedendi a deo viuo
Sed adhortamini vosmetipōs per
singulos dies donec hodie ꝯgno
minatur: ut nō obduret quis ex
vob fallatia peccati. Participes eī
xpi effecti sum⁹. si tn̄ initiū substā
tie ei⁹ vsqz ad finē firmū retinea
mus: dū dicit hodie si vocē ei⁹ au
dieritis nolite obdurare corda ve
stra quēadmodū in illa exacer
bacōne. Quidā em̄ audientes ex
acerbauerūt. ꝫ non vniuersi q̄ ꝓ
fecti sūt ab egipto ꝑ moysen. Qui
bus aūt offensus ē quadragīta
annis. Nōne illis q̄ peccauerunt
quoꝝ cadauera ꝓstrata sūt in de
serto. Quib⁹ aūt iurauit nō itro
ire in requiē ipsi⁹: nisi illis q̄ incre
duli fuerūt. Et videm⁹ qꝛ non po
tuerūt introire in requiē ipsius ꝓ
pter incredulitatē. Ca. iiij.

Timeamus ergo ne forte reli
cta pollicitacōne introeūdi
in requiē ei⁹: existimet aliquis ex
nob deesse. Etem̄ et nob nūtiatū ē
quemadmodū et ill. ꝫ nō ꝓfuit
ill sermo auditus. nō admixtus
fidei ex hijs que audierūt. Ingre
diemur em̄ in requiē qui credidi
mus quēadmodū dixit. Sicut iu
raui in ira mea. si introibūt in req̄
em meā. Et quidē opib⁹ ab insti
tucōe mūdi ꝑfectis. dixit em̄ quo
dā loco de die septima sic. Et req̄e
uit deus die septima ab oīb⁹ ope
rib⁹ suis. Et in isto rursū. Si intro
ibūt ī req̄em meā. Qm̄ ḡ supest in
troire quosdā in illā et hij quib⁹
prioribz ānuntiatū ē nō introierūt
ꝓpter īcredulitatē. iterū terminat
diē quēdā hodie in dauid dicēdo
post tātū tpis sicut sup̄ dictū ē. ho
